De Tib. Claudio Donato Aeneidos interprete

Karl Hoppe

L a 9.30

Harvard College Library

THE GIFT OF

STEPHEN SALISBURY,

OF WORCESTER, MASS.

(Class of 1817.)

26 July, 1895.



Digitized by Google

DE

TIB. CLAUDIO DONATO

AENEIDOS INTERPRETE.

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

CAROLUS HOPPE

BEROLINENSIS.

GOTTINGAE

MDCCCXCI.

Digitized by Google

Ld 9.30

HARVARD COLLEGE
JUL 26 1895
LIBRARY
Salisbury fund.

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit

Fr. Leo professor.

Examen rigorosum habitum est a. d. XVII Kal. Iul. h. a.

Digitized by Google

PATRI OPTIMO
SACRUM.

Digitized by Google

I.

DE DONATI INDOLE.

Ti. Claudium Donatum tractare qui voluerit ita, ut utilitatis inde redundet aliquid ad cognoscendam historiam interpretationis Vergilianae ipso vetustioris et traditionem verborum poetae: eum ante omnia opus est cognitum habere de iudicio eius et diligentia quid censendum sit. alioquin quam facile futurum sit ut erretur, ex sequentis disputationis non uno loco elucebit.

DE DONATI IUDICIO. saepe in uno loco exponendo occupatus rationem non habuit eorum, quae alibi apud V^{um} extant. veluti cf. D I 12 et vv. 20, 338; I 732 et v. 340; III 477 et vv. 397, 507; IV 622 et v. I 567; VI 563 et vv. 582, 585, 596; X 776 et v. 770; X 852[1] et v. prior; II 742 et v. seq. idem ipse sibi non constitit. cf. D I 732 et IV 622 (de Didonis patria), V 58 et 81 (de sensu mortuorum.); V 58 et 84, V 722 et 731 et 761 (utrum deus an mortuus Anchises); VIII 174[2] et 189 (de novandi verbo)[3]; X 868 et 873 (de metuente Mezentio): XI 536 et XII 395 (de fato); XII 208 et 770 (stirps cuius generis); eandem rem VI 219 speciosum locutionis genus, VIII 106 et XI 145 uitium putat, a quo defendi poetam necesse sit. XII 342 quamquam vetuit ne 'hunc congressus' iungatur, tamen paucis intermissis scribit *J. filios — congressus est.* III 236 praecipit *iussi verbum est, non participium*[4], 561 vero *confestim ut iussi sunt fecerunt.* denique quales ineptias V^{o} tribuere veritus non sit ut cognoscas, cf. D I 157, V 272, VII 789, X 196, 209, XI 513, 893, XII 611.

haec de D^{i} stultitia statuere nostra intererat ne nimis temerarii in eis quae exposituri sumus rem agere videremur. nam v. d. Hoeven

---

D I 1 = Tib. Donatus in adnot. ad Aeneid. I 1. S = Servius. V = Vergilius. de D^{o} post alios egerunt v. d. Hoeven in epist. ad Suringar um de D^{i} comm. in Vi Aeneida Leovardiae 1846 et V. Burckas in lib. acad. Jenensi 1888 de Tib. Claudi D^{i} in Aeneida comm. — 1. cf. D XI 539. — 2. noli mutare: explicat cur quotannis sacra fiant. ceterum cf. D V 50 *sollemnitas — tenuatur.* — 3. cf. schol. Turon. — 4. cf. schol. Dan.

Digitized by Google

Merulae adstipulatur, qui illum non ineruditum appellarit, Heynio, cui interpretationes inepti hominis opus visae sint adversatus: quae vero ipse adfert ineptiarum exempla[5], alius generis sunt, unde de hominis perversitate in universum nequeat iudicari. simul hac observatione utemur in diiudicanda quaestione ex interpretationibus quid ipsi dandum sit, quid ab aliis acceperit. concludimus enim, si quando invenimus, non nos quidem dicimus recte exposita, sed scite arguteque excogitata quaeque boni iudicii sint, ea non ex ipsius ingenio profecta esse. praecipue negamus Dum quaerere potuisse, sive quod deprehenderet aliquam in ipsis poetae verbis difficultatem, sive inter duos Aeneidos locos differentiam, utpote hominem stultum parumque circumspectum, qui ipse de eadem re pro loco modo hoc dixerit, modo illud. tales aliquanto firmiores esse confidimus argumentationes, quam quae 'ex silentio' solent fieri.

DE DONATI FIDE. verba poetae in interpretando neglegentissime saepe respexit. cf. e. g. D VI 205[6], 466, 618, VII 117, 495, 694[7], 703, IX 352, X 289, 426, 553, 571, XI 259. omnes has interpretationes nullis artificiis cum Vi verbis concilies, credas ea interpretem omnino ante oculos non habuisse: sed semper praecedunt lemmata, et ita quidem ut ne dubitari quidem possit quin ipsi Do debeantur. ergo statuendum est, Dum — fortasse memoriter — lemmata ita posuisse, ut verba potius teneret et numeros, quam sententiam respiceret; interpretationes vero addentem umbra quadam ac specie verborum, quae in memoria haberet deceptum esse, lemmatis denuo cum cura non inspectis: qua in re neglegendum non est ipsum profiteri in epilogo se cursim scripsisse. sic factum est, ut omitteret gravissima, grammaticam neglegeret, pro verbis contraria substitueret. nam memoriae eum plus quam debuit indulsisse demonstrari potest. sic IV 357 scripsit *horrenda dicta pertulit.* nihil tale apud Vum sed cf. 378, IX 112. — XII 579 *inermem* dextram cur extenderit Aeneas exponit. deceptus est versu 311. — dicas eum hoc ipsum in libris suis invenisse (cf. Ribb. proll. pg. 211 l. 9.). non puto. nam VII 193 haec exhibet *intra tecta dixit e. q. s. et solio medius consedit avito*] *in media sella, qua usi sunt maiores eius sedit.* itaque similitudine vv. 193 et 168 inlectus eo pervenit, ut illum, verbo 'vocauit' in 'vocari' mutato continuaret versu 169. — deinde vide talia. V 290 haec scripsit *ad campum Aeneas venit et ubi extructum habuit sessum in sublime se attollens resedit*: nemo non mirabitur, sed conferentes ipsius adn. ad I 506 *et primo alte consurgens sedit* qua via ad ista pervenerit intellegimus; — V 586 explicat *lentis spiculis h. e. mollibus*: recordatus est v. VII 164 sq[8]; — VII 449 *orantem reppulit et vehementissime deprecantem e. q. s.* haec illis quidem 'cunctantem et quaerentem d. pl.' minime respondent: sed XI 697

5. pg. 39 sq. — 6. de aucupii visco cogitat. — 7. cf. D X 396. — 8. propter Burckasium moneo, illi 'pariter' respondere in explicatione concordes: itaque non licet dicere Dum legisse 'vertunt infensi facta n. p. f.'

Digitized by Google

legitur 'oranti et multa precanti'; — VII 679 *Caeculus quem ex Vulcano et Sebethide nympha genitum e. q. s.* —: frustra quaeras quomodo numeris[9] aptes ea quae D his locis explicat. tertium est neglegentiae interpretis genus: leguntur enim adnotationes, paucae sane, de verbis quae poeta non dixerit nihilominus quae legimus; aut tamquam ad verba poetae, quae ille non scripsit: neque tamen hae ita explicandae ut duo Aeneidos locos memoria deceptus inter se confudisse videatur. XI 590 *magna breuitas. cum dicit enim deprome sagittam et non nominat pharetram, ostendit euidentius quae dedisset.* illud non recte se habet. nam sequitur *arcus quoque non est facta commemoratio.* erroris origo ex Si comparatione dilucida. — VIII 290 *non dixit quales vel quantas, ut innumerae viderentur et magnae.* 291] *hae non fuerunt solae, sed sumptae ex generalitate, ut ex his apparere posset quales vel qantae fuerint aliae.* itane vero? an aliud quid nisi generalitatem 'egregias bello' significat?[10] — I 326 *ipsis verbis respondit quibus cucurrit interrogatio. nam illa dixit 'si forte aliquam vidistis aut audistis'.* hae nugae unde ortae sint docet Si comparatio. — VI 577 de diversis verbi q. e. altus significationibus agit, quamquam nec legitur apud Vum nec quod plus valet in ipsius interpretatione. restat ut hic quoque eum non apte auctorem suum secutum esse dicamus.[11] — aliter sane iudicarem si ipse D illo verbo antea usus esset: scilicet idem ei accidisse quod in adn. XI 270, ubi primum scripsit *conqueritur uxorem optimam* (optatum V!) *se videre nequisse*, tum *ut viderem coniugem omni laudis genere praeferendam.* itaque in paraphrasi nihil de pulchritudine. sed addit *perdiderat enim suam* (scl. civitatem) *ad quam dolore amissae coniugis pulchrae remeare noluerat. pulchram coniugem debemus accipere e. q. s.* plane similis est adn. ad VIII 174, ubi suis

---

9. numeris dixi: nam prosodiam saepe neglexit, cf. v. d. H. pg. 40. addo haec: IX 381 ilice horrida, X 426 tanta agmina, XI 505 (ad VII 817) prima manu coniungit. sed sic alii quoque: IX 335 plurima nocte cum schol. Dan., V 556 tonsa coma cum Se et Ausonio (cent. 65). — alius generis haec sunt: V 259 lēubus pro lēvibus accipit; VII 187 lituum a lītibus, VIII 250 mālaribus a mālibus, XI 367 desālavimus a sālo dictum putat; sed similiter Aelius Donatus II 557 litus a litando, III 535 latet a lātitudine. — 10. Dum interpretis alicuius pessum dedisse adnotationem vel inde apparet, quod in priore loco illud 'quantae' valet quam multae, in posteriore quam magnae. dixerat is primum ad maiorem dei gloriam generaliter positum esse 'bello egr. urb.' ut innumerae viderentur (cf. D IX 10, XI 433, 449) deinde additas esse species ut appareret quam egregiae fuissent (quomodo dixit e. gr. Horatius 'gentes et Latium ferox'. cf. schol. Bern. georg. I 3). noluit enim epexegesin additam esse particula copulativa (cf. S VIII 220 XII 516; Ael. Don. XII 508; 'alii' apud Sum I 27.). — 11. qui vel de diversis verbi q. e. praeceps — cf. S II 460 — significationibus disserens simile de alto potuit exemplum addere (cf. S et schol. Dan. georg. II 288), vel observare recte Vum profunditati comparare sublimitatem: utrumque enim altum dici.

Digitized by Google

verbis deceptus poetam novandi verbum usurpasse dicit quo is usus non est.

Di neglegentiam perspeximus; cavendum erit quam maxime, si verba eius Vi verbis quae nos legimus respondere non videbuntur, ne ex eorum conformatione sola coniciamus quicquam de lectionis diversitate[12]; ne tum quidem si quando lemmatis fides haberi poterit, quae nunc fere Fabricianum Vum exhibent, ex eorum cum interpretationibus congruentia semper pro certo affirmari poterit quid invenerit in libris, quid ipse memoria deceptus mutaverit. contra si accedit codicum Vi auctoritas vel unius non est cur de errore Di cogitemus. latius hoc tum demum licebit persequi, siquando lemmatis et interpretis verbis fides haberi poterit; pauca nunc delibare iuvat, quibus cognoscimus lectiones quasdam codicum nostrorum non scribarum demum qui eos exaraverunt erroribus ortas esse, librorum recentiorum scripturas partim multo vestutiores esse. legit D cum cod. M VII 592 *consilio* IX 161 *Rutulo* X 384 *occubat* X 754 *insignis* X 844 *immundo* XI 368 *rubor*[13] XII 46 *ardescit* (sed idem *medendo*). — cum communi codd. Pγ archetypo (cf. Ribb. proll. pg 320) IX 748 *es*. — cum cod. P IX 135 *stat*. — cum cod. γ IX 141 *perosum* XII 149 *telis*. — cum cod. F I 670 *nunc*. — cum cod. R (ut licet conicere) X 769 *longe*. — cum cod. b VIII 78 *et placide* XI 653 *in tergum siquando*. — cum cod. c IX 241 *ad moenia* XII 379 *quem*. — cum codd. γ VI 806 *fatis* XII 675 *instruxerat*. — cum Gothano tertio VIII 183 *perpetuo*, cum oblongo Pierii XII 112 *discere*. — cum Nonii codd. V 767 *ipsae* bis VII 510 *scindebant*. — cum plenioris Si commentarii cod. Casselano (ad I 382) et Floriacensi (ad VII 298) et codicis γ prima manu II 632 *adducente*. — denique contra omnes fere bonos libros cum So X 18 *diuumque*. talia collegere mihi videtur non plane inutile esse. an Di quoque, qui codicum Vi vetustorum temporibus certe non inferior fuit, exemplar Vergilianum redire dicemus ad librum illum currenti stilo parum nitide scriptum oppletumque nube coniecturarum glossematum atque interpolationum — modo is fuerit umquam?

QUATENUS AUCTORES SECUTUS SIT. quod supra posuimus Dum scitas auctorum suorum adnotationes male adhibuisse aut perverse intellexisse, aliis nunc quibusdam documentis propositis firmabimus. II 442 *quod scalas dixit non tantum plures asseruit verum etiam docuit plurali numero dici oportere. docet hoc etiam Sallustius e. q. s.* hoc sane exemplo Sall. (Jug. 60) disci potest

12. errat Ribb. si Dum IX 486 'in tua funera' legisse tradit: legit is quod nos; interpretatio eius quamquam probanda non est, hoc tamen rectius quam Ribb. vidit, non de morte, sed de mortis genere matrem queri. Vi verba sic intellegenda sunt, ut aperte magis loquar quam Latine nec te produxi productionem funeris tui. cf. XI 61 'qui supr. comit. honorem' scl. miserabile corpus. — 13. quod licet suspicari eodem modo tutatos esse grammaticos quo Philarg. georg. II 244 illud calor, quod in cod. P est, adseruit.

Digitized by Google

scalas pluraliter dici oportere: Vergiliano non potest. ea, quae D corrupit qualia fuerint docebit te Isidorus (orig. XIX 18, 4 cf. S XII 164). exemplum Sall. quam apte additum fuerit intelleges. — III 475 *non quod ipse dignatus sit, sed quod is dignus fuisset inventus qui e. q. s. hoc locutionis genus et in primo libro posuit (335).* apud auctorem eius quin eadem quae apud Sum extiterint quis dubitabit? — VI 888 primum Vum generaliter narrasse recte affirmat: sed paucis post *cetera ei sub generalitate dixit e. q. s.*: ergo Anchises. priora apud auctorem eius extitisse ex Si comparatione concludendum est: videsne quomodo scita corrumpat? — X 566 *brachia et manus non unum idemque significant. nam brachia vult esse e. q. s.* saepius D ita refutat alios, ut Vum non hoc, sed illud dixisse affirmet cf. e. gr. IX 16 *duplices dixit non duas sed ambas* et S I 93 *duplices duas.* neque hic quid refellat in dubio positum est: ipsa eius verba declarant adnotatum fuisse *bis idem*, quo non significaretur Vum brachia pro manibus dixisse, sed superflue addidisse post brachiorum manuum numerum: quot enim brachia, tot manus. — Di temporibus ei, qui honorandus esset, medium locum reservatum esse apparet ex adn. ad X 117 et 160[14]. cf. S VIII 587. inde intelleguntur quae I 698 exposuit *et primum quidem inducit disculuisse convivii dominam ea ambitione, quae conveniebat reginae, eo vel maxime tempore, quo susceperat hospitio tantum regem, eo loco, qui potior apud veteres fuit. denique et Sallustius Sertorii convivium describit, ut ipsum quia potior fuerit collocarit in medio.* de ratione quae Sum inter et Dum intercedat quidquid iudicabitur, hoc certum est, casu fieri non potuisse ut uterque Sallustii loco uteretur; S autem plenior est; item ad eius qui primum adcripsit locum Sall. sententiam uter propius accedat incertum non est. uterque enim de Didone ut de domina convivii loquitur, sed S ut sibi constet, D ad alia delabens. apud Di igitur auctorem eadem fere quae nunc apud Sum legebantur: quae D pessum dedit cum eum officii ritum qui ipsius temporibus erat, a Sallustio descriptum fuisse affirmaret.[15] — I 75 errare eos ostendit qui pulchra prole de corporis forma dictum putent.[16] ex Si et schol. Dan. (ad 71) comparatione apparet, ridicule Dum adiectivum illud quidquid fuit certe vituperans quod ad fratris sororisque adulterium spectaret de corpore dictum accepisse.

tales errores De adscribentes ne nimis audaces videamur cautum est eis quae supra collegimus. dubites utrum imprudentiae soli imputandi sint an memoriae errore orti. hoc verisimillimum erit si spectabis talia. I 27 *hoc loco doctores falluntur; nam tradunt iniuriam formae sic: dicunt enim Antigonam Priami filiam e. q. s.* atqui filia erat Laomedontis. — XI 276 *multi sentiunt Vul-*

14. ubi legendum *quia duo fuerunt, qui medio, medius* (quasi d. fuerint, quomodo, melius Fabr.) et disting. ante verba q. s. *si illic.* — 15. nimirum arrogantius quibusdam Dido facere videbatur, quod locum qui potiori conveniret, ergo tunc Troianorum regi hospiti obtineret ipsa: ideo exempl. Sall. adscitum est. — 16. ipsius interpretatio ad thema quoddam Vergilianum redire videtur.

Digitized by Google

canum et Venerem violatos esse. hoc si esset etiam Vulcani-nomen posuisset. debuit Martem dicere. at aliorum auctoritati adscripsit etiam, quorum numquam legit similia. III 168 *hos dicunt in Italia genitos, sed Iasium temporis antiquioris.* sed fuerunt gemelli. — VIII 344 *P.*[17] *montem esse memorant, unde Lycaeum ferunt extitisse, cuius ex more cultores sacra reddebant.* — VI 287 *Lerna unus anguis fuisse dicitur habens multos serpentes in capite.*[18] — haec ab aliis accepisse Dum quis crediderit? quomodo explicanda sint, ipse nobis viam ostendit cognoscendi. X 894 *cernuum dicunt qualem ipse V demonstravit porrecto uno pede*[19] *hoc est altero de primis, reliquis vero collectis*; hic habemus hominem; *qualem* inquit *V ipse demonstravit*: ex ipsis poetae verbis efficit interpretationen, tamen scribit *dicunt.* sic III 168 addere possis 'qualem V ipse demonstravit dicens pater'. idque sine dubio fraude non fecit, sed suas proferens interpretationes nimirum putavit se exhibere res omnibus, qui quidem recte sentirent, probatas.

demonstratur vero his exemplis, Donatum interdum certe non evolvisse commentarium, unde sua peteret, sed memoriter replicasse, quae quondam sive a magistro sive e scripto commentario didicisset. idque confirmatur incredibili eius omnium fere rerum quas scire doctrinae est ignorantia. veluti V 646 Rhoeteiam explicat Cretensem; VIII 9 nescit Diomedem in Italia esse; VII 209 Corythum Samothraciae urbem putat et mirum quantum de Dardani erroribus ariolatur; VII 762 Aricia, XII 547 Lyrnesi hominum nomina putat; VI 803 dicit Herculum vicisse *Gorgonam*, VIII 294 Minotaurum; VII 778 Hippolytum ab equis discerptum[20], VI 302 Charontem suppliciis affici, 618 Phlegyam nescio quo apud inferos honore fungi tradit. — I 277 *Remus fraterna manu significabatur interiturus: qui postea Quirinus appellatus est, ut obscurari parricidium posset.* in talibus nonne ipsum Dum agnoscimus?[21] ne tum quidem si sententia enaderet inepta commotus est ut inspiceret auctorem. III 699 *haec saxa asserit immobilia esse.* quasi vero saxorum natura sit ut symplegadon more moveantur. addam exemplum ubi rectam apud Di auctorem extitisse interpretationem demonstrari posse confido. XI 270 *pulchram coniugem honestae pudicitiae debemus accipere.* de pudicitia quod loquitur D cum de hac apud Vum nihil dictum sit, aegre mihi persuadeo casu factum esse ut plane contrarium doceret quam quod fabula habet: nam adultera fuit Aegialia. memoriae errorem hic quoque agnosco.

ex eis quae exposuimus sequitur ut ipsi potius quam vetustioribus imputemus haec quae de 'aliis' tradit. III 466 *poculorum*

---

17. nomen non exscripsi: neque enim necesse est Dum legisse cum codd. Rb Parnasio: cogitari potest. — 18. excetram Lernae et Gorgonem inter se confundit etiam VI 803. — 19. cf. i. pg. 9. — 20. videtur de Diomedis equis cogitasse. — 21. quod III 295 Paridem Agamemnonis uxorem rapuisse dicit aliud agens, non adeo arguam: Ribb. in adn. crit. ad I 368 Didonem nominat pro Venere.

Digitized by Google

genus ferunt esse lebetas. — VII 637 *tessera dicitur nuntius gerendum significans bellum.* — XI 682 *sparum dicunt regionis more fustem nodosum.*[22] — X 402 *teuthra accipiendum est ut veteribus placuit velut scutum.* — I 480 *peplum — alii scutum modicum dicunt.*[23] — VI 149 *nonnulli volunt hoc exemplo ultimum virum dicere quem putaverint aliquando laudandum.* conicio hoc eum effecisse ex adnotatione Servianae simillima. nam cum sciret ultimum et supremum idem significare, scl. extremum, postremum, et legeret *ultimum primum ut supremum summum dicimus*, hoc primum eadem vi atque illud summum accepit, scl. non de ordine dictum sed laudative. cui suspicioni favet, quod subiecit *non enim hic* (!) *primus quasi excellens . . sed in ratione numerorum intellegendum est*, cum de verbo q. e. primus nimirum sermo omnino non fuerit. deinde cum plurimis locis Dum omnino quid auctores censuerint non respexisse ostenderimus, ex eius silentio prorsus nihil de eorum sententia effici posse apparet. doctrinae expertem fuisse Dum cum comprobaverimus, erunt fortasse, qui in quaestione de eius auctoribus eos locos praecipue respiciendos putent, ubi aliorum scriptorum adfert testimonia:[24] quippe quae ipsum adscripsisse verisimile non sit. sed Terentium ipse legit: VI 805 *ait enim Thraso miles . .; ille si diceret magnas non promerebatur patronum cui placere cupiebat.* IV 211 *Terentius ita ex persona iracundi senis.* — item Sallustium cognitum habuit lectione. VII 659 *Aventinus quidem gloriae causa hydram gestabat, sed ludibrium matris hoc genere prodebatur . . tali genere laudis Sallustius plenus est. nam et ipse multos collaudat ac deprimit adiecta vituperatione.* I 10 *irasci cum causa non suppetat, saevitia non est ferenda . . interea instruit homines ad bonam vivendi rationem. bonum enim virum iustus dolor debet commovere. hoc hominum genus meliore testimonio Sall. persequitur dicens 'et iniuria accepta ignoscere quam persequi malebant.'* vides exempla Sall. adaptata esse ad adnotationes, quae sine dubio ipsius Di ingenio debentur. — Ciceronem quem bis adfert num ipse legerit disceptari non potest. itaque eos locos ubi alios scriptores laudat D apparet eodem modo quo ceteros tractari debere, ut perpendatur, utrum ipse de suo scribere potuerit necne.

DE CONFUSIS INTER SE UNIUS LOCI INTERPRETT. non paucae leguntur apud Dum adnotationes quas si accuratius spectas concretas invenis ex pluribus, saepe etiam contrariis, ita tamen ut speciem prae se ferant simplicium. quae mea quidem sententia de

22. transierunt Di verba in marginem cod. Guelf. Nonii, pleniora etiam extant in gloss. Nonii Lugdun. (cf. pg. 555$_{28}$ Me in L. Muelleri ed.) — 23. quod S. multos hoc verbo abuti dicit, id quomodo accipiendum sit Thilo demonstravit praef. pg. LXXII not. 3. Di sententiam non abusionis sed erroris nomine notasset. — 24. collecta extant apud v. d. Hoeven.

Digitized by Google

industria facta est confusio. D enim facere se posse opinatus est ut uno eodemque tempore iuberet fieri unum nec omitti alterum atque contrarium. duo sunt huius inscitiae exempla de quibus nequeat dubitari. IX 390 *in hoc versu diversa dictinctio est. infelix enim sic in medio positum est ut et Niso et Euryalo possit adiungi. iudicium hic legentis est, necessarium, ut sequatur utrumque aut deligat alterum.* nihil mutandum esse alter locus te docebit VIII 71 *hic versus potest diversas pronuntiationes admittere.* tres proponit. deinde *ergo cum omnes habeant rationem suam, aut iudicio legentis eligenda est melior, aut sequendae sunt omnes.*

tres praemitto locos ubi ipse significauit duas se confundere explicandi rationes. VI 740 *nihil interest ventos inanes an animas dixerit; et sic vel semel positum bis accipiamus: ut inanes animae inanes ad ventos suspensae panderentur.* — XI 185 *suorum corpora an suorum patrum incertum est . . possit intellegi, ut suorum non semel accipiatur: scl. ut suorum corpora singulae partes tulerint ad rogos patrum suorum more.* — XI 534 *remansisse putatur incertum, an tristis Latonia virgo an tristis voces e. q. s. bis intellegamus tristis: proinde tristis Latonia voces tristis emittebat.* eodem artificio his locis Dum usum esse cogitari potest[25]: II 292 *si possent Pergama communiri etiam, h. e. adhuc, et mea potuissent dextra defendi.* cf. S. — VI 263 *illa prior pergebat, quae eundi plenam fiduciam gerebat* (h. e. haud timide vadentem). *magnam constantiam Aeneae fuisse ostendit dicendo vadentem passibus aequat haud timide: nam qui confidens praecedentem sequitur e. q. s.* — IX 657 *hunc locum sic pronunciare debemus 'sic orsus Apollo mortalis'. tunc dicendum 'medio e. q. s.'. deseruit humanos aspectus* (h. e. mortales asp.). — X 565 de varia distinctione praecipitur in scholio Veronensi. D: *arsisse autem Iovis incendiis . . contra Iovis fulmina certasse.*

paullo aliter comparata sunt de quibus nunc dicam. I 8 *rogatur musa ut odiorum diceret causas: num*[26] *quod numen vel ipsam Iunonem lacessisset Aeneas.* coniunxit D quod S probat quodque 'alii' apud Sum commemorati. — I 73 *unius consortio dedicatum* (scl. matrimonium). paucis post *cum vivo ei perpetui temporis matrimonium promisisset.* Si et schol. Dan. interpretationes coniungit. — I 359 *tanti fuerunt ut eorum pondus ignoraverint extranei et Pygmalioni*[27] *et uxori ipsi fuerint incogniti.* utrumque apud Sum invenis, nisi quod inepte D addidit extraneos. — I 384 verbum quod est ignotus et agentis et patientis vim habere posse constat. D: *quod est extremum in alienis terris nullius habere notitiam.* sic interpretati sunt propter v. 379. paucis post *quia conquestus fuerat et incognitum se narraverat omnibus.* — I 391 *quae con-*

---

25. sic fortasse etiam v. IX 390 expedivit. v. VIII 71 autem quotienscumque intellegis Laurentes et nymphae, numquam efficias ut omnes rationes simul sequare. — 26. verum (= ũum) ed. — 27. Sychaeo ed.

Digitized by Google

quereris perdita, mutatione[28] *ventorum* (= schol. Dan.) . . *tuta tenuerunt. dixit ergo*[29] *et ventum quo evaserunt* (= S). — I 455 *tanta omnium artium venustas extabat, ut intuens nullam aliis praeferre potuisset* (= S), *ita omnes pariter . . certabant* (= schol. Dan.). — II 6 *talia desideras audire . . quae si hostes ipsi referant vel audiant, non possint a fletu temperare.* cf. S. — III 637 *quod ingens fuisse dicebatur* (ab Achaemenide), *ut orbi lunae vel solis aequari potuisset.* cf. S. — V 80 *iterum ideo quia haec fuit secunda post illam qua cum sepeliretur salutatus est . . nequiquam rursum recepti, quia inimicorum manibus dicuntur erepti et iterum rursum filii opera conditi: quod beneficium cum non senserit mortuus, non frustra propositum est nequiquam e. q. s. ex persona filii bene positum est nequiquam; non obtinuit enim patre incolumi ad Italiam pervenire: quod quia non provenit et hic ingemiscit.* itaque miscet et distinctiones diversas et verbi q. e. nequiquam explicationes a S° commemoratas. — V 801 *cur dixit quoque, cum nullum adhuc commemorarit se praestitisse beneficium?* (= S) . . *merui quoque h. e. laboravi.* cum his cf. adn. ad II 434 *meruisse, h. e. laborasse*; ubi quod addit *militis officio functum* cf. S IV 82, V 801. — VII 141 *clarum aperto favore auxilia sua significantem accipiendum est e. q. s. factum est . . ut mundo nubibus caelo e. q. s.* cum fine cf. S. — VII 623 quaestionem etiam a S° commemoratam eodem fere modo quo ille solvit. addit *sic ardebat in bellum omnis Ausonia, ut nulla pars eius remansisset immunis, ut hanc nec sevocaret a periculis desuetudo e. q. s.* cf. schol. Turonense: similia quin legerit D non dubito. — VIII 105 *pauperem senatum debemus accipere et numero et opibus. volunt autem quidam pauperem senatum numero tantum dixisse V*um. cf. S. — VIII 321 *indocile] indoctum et quod doceri non posset.* cf. S. — IX 675 *commissam sibi iussu ducis portam, ut perpetuo clausa teneretur.* cf. Ael. Donatus[30] et Cornutus apud S^{um} h. l. — X 188 *transfigurationem factam pro poena posuit . . poena autem sine crimine esse non potuit* (= S) . . *cuius facti ipse amor fuit causa* (= Asper). — X 281 *debere ante oculos stare laudes et facta maiorum, ne degeneres inventi sua ac suorum clarissima facta veterum tunc amitterent.* cf. S. — X 894 in illa cernui definitione legitur *porrecto uno pede*, quae verba respondent illis 'eiecto armo' cf. Nonius 300_{26}. addit *huic accesserat malo, quod armum etiam perdiderat.* cf. Ladevicus in adn. — ibid. moneo particula q. e. '*quoque*' veram interpretationem *capite in terram coartato* ita additam esse, ut simplex tota adnotatio esse videatur. cf. D VIII 237, XI 759. — XI 851 *antiqui] ut nobilitatem mortui demonstraret et temporis prolixi spatium.* cf. e. gr. S et schol Dan. I 12.

I 1 *alia V° fuit causa qua dixit primum Aeneam venisse ad Italiam, cum constet etiam alios esse perductos eo, antequam*

---

28. mota iteratione Fabr. — 29. ergo in commissura. — 30. cf. Nonius pg. 249_{1}.

Digitized by Google

Aeneas Italiam tetigisset. et verum est: sed non ad eam Italiae partem, in qua sunt L. l. (cf. plerique apud Sum). *ergo*[29] *et primus fato, quia alii ex eventu fuerant delati, Aeneas vero compulsus*[31]. duae sunt quaestionis solvendae rationes. — I 52 *servavit hic V personae rationem miro artis ingenio; sed in ea parte non quae competeret reginae, sed quae conveniret iratae . . nam si personam vellet ostendere reginae, mittere aliquem debuit. neglecta ergo potestatis ratione totum assignauit iratae . . ut deorum regina Jovisque uxor et soror ad Aeolum pergeret. sed iis ut dictum est omnibus spretis ipsa vaderet . . mandata enim si extitissent, neglegi possent.* quaestionem fuisse sentis, num conveniret maiori deae minorem adire: poterat solvi, ut diceretur non convenire reginae, sed convenire iratae; aut sapienter fecisse reginam, nam ut ait D VI 506 *solent res non rectius peragi quae curandae mandantur*[32]. — I 644 *rapidum praemittit*[32] *pro valde rapidum mittit*[32] *intellegendum* (= S) . . *rapidum ergo*[29] *Achatem praemisit, h. e. mandatis instructum, ut antequam pranderetur veniret et . . munera opportune praeferret . . nam, ut dictum est, ob hanc causam praemiserat, ut horam prandii praeveniret.* hanc nobis tanquam unam interpretationem venditat! — II 396 *ibamus inquit non voluntate impulsi propria* (= haud numine nostro), *sed nescio quo numine.* — II 646 de ordinatione verborum praecipit S ita, ut concludere liceat fuisse, qui aliam vellent, hanc scl. 'ipse — inveniam; miserebitur e. q. s.' utramque apud Dum confusam invenis *aut ego me occidam aut non deerit qui feriat.* — III 236 *hic quoque narrandi compendio usus est. solum enim gerendum cum harpyis bellum praedixerat sociis et arma caperent; non tamen ut haec contegerent herbis. sed illi fecerunt ingenio suo. sapientibus enim locutus fuerat.* atqui aut compendio usus non omnia quae iussit, narravit; aut non iussit nisi quae narravit, 'sapientibus enim locutus erat.' — IV 11 *quod tacet, inquit, quod loquitur* (cf. schol. Dan.), *quod movetur* (= quem se ferens). — V 70 *adsint omnes sperantes digna praemia et probaturi* (cf. S et schol. Bern. georg. II 237) *verum iudicium palmae. expectent potest significare sperent, potest et videant.* — VI 687 *ecce tarditatem, quam intervenisse desiderans*[33] *putabat, ipse excusat . . 'sed per te, fili, compertum est pietatem veram*[34] *omnibus esse difficultatibus fortiorem'. expectata aut probata documentis* (= *S*) *aut sperata temporibus multis.* — VIII 237 *silex impellenda non fuit sed revocanda. itaque, cum in sinistram partem incumberet, reducta est in adversum, h. e. dextrum. adversum enim est incumbenti quod stat; adversum quoque sinistro est dextrum c. q. s.* Hercules si reduxit, omnino

---

31. sic etiam explicabatur, cur fato addidisset V (de quo quaesitum fuisse docet S). qui ita intellegerent, illud primus interpretabantur ut est in schol. Dan. quocum consentit D I 345, X 310. — 32. supplevi. — 33. expectata intellexit desiderata; cf. schol. Bern. georg. II 27. — 34. expectata intellexit experimentis probata.

Digitized by Google

in saxum non incubuit. tamen verba *adversum — stat*, quae eius sunt, qui impellendam silicem putaret, D retinuit. — XI 759 *fatis debitus i. e. fatis Camillae. et ipse quo qu e ultimis fatis obnoxius.* utrumque dicere ineptum est.

I 136 *nihilominus praedicit ultionem fore, ne securos dimitteret addens causas dilatae poenae, quod esset melius primo componere, deinde redire ad vindictam.* similiter S verba accepit. sed addit D *si aliquid sequenti tempore ausi fueritis, non ut nunc verbis vos arguam, sed vos severius castigabo*; quae schol. Dan. similia sunt. — II 244 duae erant interpretandi rationes; aut ut memoriam per translationem pro intellegentia accipientes 'im-memores' interpretarentur amentes, non intellegentes; aut ut intellegerent κατ' ἐξοχήν immemores cautionis, improvidi, incuriosi, incauti. cf. S et schol. Dan. h. v. et IX 372.[35] utrumque D coniunxit *sed mens impedita plenis erroribus non curavit advertere .. cumque res manifestae nec mente intellegerentur .. inde magis gliscente amentia e. q. s.* — II 553 S in priore expl. 'coruscum extulit' de capite, in posteriore de ense accipit. D *dextraque extulit ensem .. iniuriis excitatus abstulit hominis caput.* item cum S. aut gladium in vaginam conditum aut latus Priami perfossum esse dicat, D primum quidem scripsit *lateri intellegendum est non suo, quasi reuocans in vaginam*, postea tamen plane ut hoc reiceret a se impetrare non potuit, ut qui addiderit *latus perforavit atque ita totum ensem abdidit, quasi illum in vaginam condidisset.* — duas putabant litoris significationes, terram aquae et aquam terrae uicinam: D III 135 *ubi aqua maris finitur, litus dicitur: ita et finem terrae, quae litori iungitur, litus dixit. in sicco constitutas, quia ut dictum, est et udum litus.*[36] quod si III 71 scribit *et hominibus et nauibus opplebant litora*, sic fere putandus est invenisse apud auctorem suum *litora complent si de udo litore, nauibus scilicet; si de sicco, hominibus*; ipse vero rursus miscuisse. — III 151 sqq. *dixit in somniis h. e. ut somnians videret et deos ipsos velut loquentes audiret .. surge et age: hinc ostenditur Aeneas per somnium vidisse .. 'nec enim pleno somno haec aut videram aut audieram', ut sit 'cum non plene vigilarem nec plene dormirem' .. omnia haec confirmationis sunt, quod Aeneas deos praesentes, ut vigilans et videret et audiret .. usque adeo, ut dicat 'corripio e stratis corpus': ceterum ponerct expergefactus sum et surrexi.* quia 'surge' dicunt penates, dormivit Aeneas, quia Aeneas non dixit surrexi, non dormivit; et haec in eiusdem loci interpretatione leguntur! — is cui debetur schol. ad Ter. eun. V 9, 49 cum de sapientia dictum accipiat v. IV 3, non potuit non coniungere 'virtus animo', casum nisi fallor pro casu dictum putans (cf. e. gr. schol. Dan. IX 222). iam vero cum D scribat *non tantum corpore placebat verum*

35. ibi D de *incuria Euryali* loquitur. — 36. D VI 162 *est enim et udum litus ubi pelagus terminatur.* X 223 *litora appellavit partem* (per p. Fabr.) *maris quae alluebat proram.* cf. schol. Bern. buc. II 25.

Digitized by Google

etiam animo, casu non potest factum esse, ut ipse quoque illud 'animo' ad Aeneam referret; itaque statuimus apud auctorem eius hanc distinctionem certe commemoratam fuisse. tamen in eis quae sequuntur etiam alteram et veram rationem admiscet *recursabant in sensibus cogitantis corporis bona et animi. tertiam* (sic!) *posuit generis laudem.* — IV 223 *cum vade et labere diuersum sit, quomodo potest intellectus discerni? uade, inquit, voca zephyros et cum flare coeperint, pennis labere . . dixit uade, dixit hoc ipsum vade qua facilitate possit impleri: voca, inquit, zephyros et pennis labere.* an non contrarium est, quod hic dixit vade, ut labere possis, illic labere ut facile vadere possis? — IV 311 *euadas licet temporis pelagique violentiam, quid speras futurum, cum aliena rura tentaveris et cum ad novos homines veneris? . . properans forsitan reprehendi non posses, si vel cum periculo tuo*[37] *ad tua redire velis. cum non superest Troia neque ad notos sis aliquando venturus e. q. s.* hoc *secura dicebat, quia nec Troia stabat nec illum aliquis noverat.*[38] apte haec cohaerent. sed his interposita sunt verba *quid faceres si Troia staret aut ad notos ire disponeres?* quae scholio Dan. respondent.[39] — IX 232 *dicebant illi res magnas se ferre et labi posse si fieret mora — precium significare utilitatem ex eo fit manifestius, quia operae pretium dicitur — ergo*[39] *celeritatem rogabant, ne mora currumperet parata consilia.* apparet Di adnotationem primam et extremam respondere Si priori, mediam posteriori. — X 1 *caelum*[40] *auctores nonnulli dixerunt tunc pandi cum exoritur dies, tunc claudi cum finito die tempus noctis accedit. hoc ipsum firmatur ex eo, quod caelo etiam portas obsignant: quod enim habet portas et aperitur et clauditur . . nec aliud officium potest esse portarum, quam ut clausae ingressum denegent: aut cum patent venientes admitant . . unam referunt portam qua sol exoritur, alteram quae illum excipit occidentem.* cum his si contuleris Longi scholium a Ribb. proll. pg. 171 restitutum et Si adnotationem, intelleges illam de portarum officio disputationem, quae respondet Si interpretationi posteriori, inepte admixtam esse.

I 1 *hoc autem loco plerique errasse arbitrantur Vum, ut primo rem, deinde personam poneret. qui si Sallustium considerarent sic historiam coepisse, ut primo rem, deinde personam poneret, numquam Vum criminarentur, quem constat in propositione liberam ordinandi habuisse licentiam, exequendi vero alium ordinem tenuisse.* non cohaerent. nam illam quaestionem cur a re coeperit V, eo non pertinere, quod alio ordine responderit quam proposuerit — de quo cf. S pg. 6 v. 3 Thil., D II 51 — ceteris scholiis collatis apparebit. S *multi varie dixerunt cur ab armis coeperit*; schol. Dan. *et bene addidit post arma virum*; schol. cod. P. (Thilo in adn. crit.) *tribus modis arma proposuit viro: primo quod fuerant*

37. cum periculo vel tuo Fabr. — 38. v. 313 affirmative accepit: pace mea peteres. — 39. ut quorum sententia sit non peteres. — 40. scripsi = ce|lū; lucem = lu|cē Fabr.

Digitized by Google

victricia, secundo quod divina, tertio quod prope semper armis virum subiungit. scl. eis qui hanc quaestionem proponebant non videbatur, quod primo loco V posuisset rem possessam, deinde possessorem. hanc offensionem alii sic evitabant, ut Aeneae armis praecipui aliquid tribuerent, alii ut more suo poetam fecisse dicerent, alii denique ut omnino non Aeneae arma eum dixisse dicerent, sed aut Martis, aut μετονυμικῶς bella. cum his consonant ea quae D tradit quosdam V° vitio vertere, exemplum Sallustianum non consonat: nam recte haec verba Kritzius rettulit ad fragmentum historiarum primum 'res populi Romani — composui'. sed nec V scripsit arma viri, nec Sall. duo verba coordinata. neque vero magis exemplo Sallustiano confirmatur illud praeceptum rhetoricum de ordinatione propositionis. itaque cum Sall. eum legisse demonstraverimus, et prima praecipue initii verba etiam facilius memoriae inhaerere soleant: ipsum dicemus illud attulisse verbis tantum illorum criminatorum insistentem, ut ostenderet licere primum rem ponere deinde personam. turbavit autem D quaestionem quae erat de ordine verborum, ut videbatur, perverso et illam de ordine propositionis et responsionis diverso inter se confundens.

X 245 *probabis*[41] *quantas de Rutulis strages videbit crastinus dies.* neque casu *probabis* scripsit, cum spectabis legerint (Aelius Donatus et Eugraphius ad Ter. hec. III. 1, 6, alii apud S^{um} cf. codd. MP), nec *videbit*, cum spectabit praetulerint alii (S, cf. codd. Rbc) — XI 368 *aut si erubescis cedere tantumque in te existimas superesse virtutis.* iam supra dixi D^{um} 'rubor' legisse; posteriora sine dubio illi 'robur' respondent: miscuisse eum putabimus diuersas lectiones sicuti X 245 fecit. — XII 313 *quo vos trahit surgens repentina discordia et incautos decipit perniciose serpendo?* ergo D quem prosodiam neglexisse supra ostendi, rēpens illud quasi rēpens accipiens hic quoque duas rationes conglutinavit.

S II 65 'crimine' et 'crimina' legi commemorat. D *accipe — crimina] duplici genere*[42] *criminationis Graecos adspergit, utque hoc magis demonstraret, addit 'ab uno disce omnes'.* sic infra 106 *h. e. quod ait superius 'ab uno disce omnes'*[43]. iam secuntur haec *ostensurus autem Sinonem mendacem, periurum, sacrilegum ait 'et crimine ab uno d. o.'* ubi si omitteretur 'crimine', malitia non ostenderetur. nonne aperta confusio? — e S^{o} VI 348 duplicem fuisse distinctionem colligimus. D *mortis meae casus responsis Apollinis non debet invidiae esse: neque enim te fefellerunt aut me.* sed pergit post lemma *h. e. vis maior*[44] *me oppressit deo scl. adverso.* ergo recte in lemmate legitur 'nec me d. a. m.' hic quoque magis e ratione est turbas agnoscere quam priore loco *'aut me'* delere.

II 362 'labores' V^{i} et S^{i} codd., 'dolores' Macrob. et Oros. D *multiplices dolores cuius animus potest referre sine lacrimis aut labores tantos verbis aequare?* — II 776 'dolori' codd. V^{i}

41. cf. infra de VIII 151. — 42. scl. dicens et insidias et crimina. — 43. Fabr. 'crimen' Dum legisse adnotat. — 44. puta fatalis necessitas.

Digitized by Google

plerique, 'labori' bm, S quibusdam locis, Arusianus. D *quid prodest, quod tantum doloris tui furori consentis? quid tibi doloris eiusdem labor inefficax quaesiturus est?* — VIII 90 'celerant' codd. Vi plerique, 'peragunt' R, Macrob., Nonius. D *ut ideo Troiani peragendo spatio fluminis operam darent, quod ad spem optimam properarent.* his III locis quod quae lecta fuisse aliunde scimus, apud Dum quoque extant casui dandum non erit; aut igitur de lectionis diversitate invenit adnotationem, aut memoriter primum aliud posuit, deinde aliud invenit sive scriptum in libris sive expositum in commentariis.

45. *furor* quod dixit alia res est; furor enim doloris non est nisi quod dixit V 'insanus dolor.' cf. schol. Bern. ecl. X 44 *insanus quia plenus est furoris.*

II.

DE DONATI AUCTORIBUS.

Dum in explicando Vo exercitatum fuisse vel e iudicio, quod de commentariorum scriptoribus fert in praefatione, sat iniquo, licet concludere; in interpretationibus, quas ad puerum scripsit eumque tironem in litteris[1], nihil fere extat, quod extra angustissimos verborum interpretationis fines positum sit; quotiens commentatores neglexerit vidimus: fore puto, qui quod de So statuit Thilo praef. pg. XXX — XXXII, cf. LXXIV, de Do iudicent, ut maximam partem alienis ille quidem copiis usus esse dicatur, neque tamen in scribendo ad manum habuisse commentarium; id quod v. d. Hoeven conclusit e verbis epilogi, ubi de tertio decimo interpretationum libro loquitur *sed haec sic accipias velim, ut ex commentariis scias veterum me collecturum.*

DON. NUM QUEM INSPEXERIT COMMENTARIUM. aliter tamen statuendum est. inveniuntur enim loci, ubi explicationem proferat quasi bonam et veram; deinde vero aliam, quam sive praeplacere sibi ipse affirmet, sive quam videmus eum amplexum esse. III 312 *post mariti nomen nihil potuit loqui, dolor enim ei totam ademerat vocem.*[2] *potest et sic intellegi, et ut arbitror hoc magis est verum c. q. s.* — VIII 80 *aut armis navium h. e. velis, aut armis hominum; sed melius est sentire arma hominum; in consequentibus autem probatum est quid sit 'socios s. i. a.'* — IX 272 *quod ait matrum non solum mulieres intellegere possumus, verum etiam fecundas; usque adco ostenditur fecunditatem tetigisse,*

1. ipse testatur in epistula ad filium; ubi scribendum *novitatis causa* (= cā; novitate ac Fabr.) — 2. cf. schol. Dan.

Digitized by Google

ut de isto intellectu non debeat dubitari. — IX 515 *iam tamen coeperant vinci; posset hoc et de Troianis intellegi.* 516] *hic confirmatur, quod Tr. magis defectio dicta sit.* — IX 535 *principem aut omnibus potiorem, aut qui ante omnes facem misisset. sed cum secutum est 'ante omnes coniecit', magis in eo accipiendum est, quia facem primus iecerat.* — IX 657 *antequam sermonem acciperet, medium sermonem reliquit. medius sermo, qui communicatur cum alio;*[3] *vel m. s. qui non impletur. quod intellegendum est in praesenti.* — XI 658 *quod essent ornamento in pace et ministrae in certaminibus; potest et sic intellegi, ut in utroque obsequerentur et utrumque ornarent. et hoc arbritor melius*[2]. — XI 684 *excipi dicuntur ferae quae contra veniunt in venabula*[4]. *nisi hoc voluit exceptum separatum*[5]. *aperit causam poeta ostendens, cur eum C. specialiter persecuta est.* — VII 278 *ad similitudinem mulierum habentes monilia*[6]; *aut vere talia qualia matronae. si*[7] *aurum eos texerat, et monilia vera debemus accipere.* — V 190 *nunc illis animis opus est, quibus usi estis, cum Hectoris essetis sociati virtuti. potest et sic intellegi, ut tales eos videatur dixisse, qualis H. fuisset, non quomodo aliquando socii fuerant H.*[8] *usque eo e. q. s.*[8] — IX 348 prior verborum 'purpuream — animam' interpretatio excidit. sequitur haec *potest et sic intellegi: quoniam sanguis colorem naturae servare non potuit, in purpurei coloris speciem fundebatur*[9]. *hunc intellectum poeta ipse monstravit.* — I 76 *contra non contra voluntatem, sed contra verba; item intellegi potest etiam sic contra, quia illa dixerat e. q. s.* hoc dicit: intellegendum esse aut 'respondit' aut 'contradixit'. cf. D IX 93. hoc ipsum postea amplectitur: *A. ergo quomodo contra responderit disseramus . . item contra respondit dicendo e. q. s.* — VI 687 *venisti tandem secundum animum dictum*[8] *est. potest etiam sic: etsi tarde, tamen quia venisti e. q. s.* hic tollitur, quod ibi ponitur, Aeneam tarde non venisse. posteriorem explicationem ipse sequitur, ut qui addat *ecce tarditatem ipse excusat.* — IX 815 *omnibus armis h. e. aut omnium virtute*[9] *aut cum omnibus armis*[6], *quia armatum esse constabat*[10]. posteriora sequitur D *et qui altitudine gurgitis vel maxime armatus premi potuerat e. q. s.* paulo aliter haec comparata sunt: I 45 *figi enim non poterat nisi ingenti turbine; aut cum in acutum scopulum etiam modesto fluctu iactatus haerere potuisset e. q. s.*

---

3. cf. S et schol. Dan. D IV 277 *medius sermo qui exoriri potest inter duos vel plures*; ibi S; D per errorem sermonis definitionem ad medium sermonem transtulit. — 4. D VI 173; Quinct. inst. orat. IV 2, 17; Seneca de prov. cap. 2; schol. Dan. IV 151; schol. Bern. ecl. III 18. — 5. Nonius 293$_{28}$; cf. Eugr. hec. I 1,9. — 6. cf. S. — 7. = siquidem propter v. 279. — 8. quae secuntur corrupta sunt; sententia qualis fuerit docet e. g. D IX 272. — 9. ἀπόθανον πλάσμα videbatur, ut ipsa Di verba indicant, quod homo plene armatus per fluvium evasisse diceretur. — 10. debuit esse *armatum fuisse constat*; sed sic solet loqui: D I 29, 363, 407, 444, VI 225, VII 51, XII 282.

Digitized by Google

— XI 128 *si qua, quod non est dubitantis*[11]*: potest et sic intellegi: iungemus te regi, si adhuc nobis non invideat fortuna*[6]. — XI 287 *Dardani appellatione non unum hominem dixit. potest tamen et sic videri dixisse Dardanum primo Graecis potuisse inferre perniciem.*

haec certissimo documento sunt Dᵘᵐ commentarium habuisse quem exscriberet, plerumque ita, ut postea de suo adderet alteram interpretationem (III 312, VI 687, VII 278, IX 515, 657, XI 287, 684); alibi utramque exscripsit (V 190, XI 658); adn. ad VIII 80 posterior scitior est, quam quae Dᵒ tribui possit; adnn. ad IX 348, 815, XI 128 posteriores cum Sᵒ consentiunt.

deinde loci inveniuntur diverse explicati ita, ut praecedat adn. longius repetita eam quae in promptu sit, aut ut scitam sequatur inepta; prona ut sit coniectura priorem deberi vetustioribus, alteram Dᵒ; interdum utramque ab eo descriptam esse[12]. V 349 *pueri hic pro iuvenibus debemus accipere*[13] *. . aut pro pueriliter sentientibus.* figurate utrumque dictum est, sed hoc ita, ut pueri dictum cum emphasi propriae significationis retineat aliquid, illud ut plane aliud denotet 'specie pro specie posita'. — V 787 *reliquiae dicuntur funera mortuorum*[14]*; possumus etiam sic intellegere, quod flos Troianae iuventutis perductus esset ad paucos.* altera explicatio satis bona illa quidem, sed quae cuivis se offerat. prior argutior: reliquias de mortuis V dixit IV 343, V 47, VI 227; boni etiam iudicii est, cum pulchre toto illo versu quasi de mortua Troia dicatur. — VII 783 *ipse ubi ponitur potioris meriti persona significatur*[15]*. potest etiam sic intelligi: cum quo tanta auxilia veniebant.* — IX 581 *huius nomen non dicendo et demonstrando patris videtur ostendisse, quod A. etiam ipse diceretur*[16]*. et illud intellegi potest, per patrem ut ostenderetur iste cuius fuit nomen incognitum.* — IX 586 *positis hastis: cur enim contra inertem*[17] *ferro contenderet? et illud intellegi potest, idcirco eum hastas posuisse, ut expeditior esset ad fundam.* prior adn. satis arguta, qua demonstretur, cur hastis quas manibus tenuerit M. tamen usus non sit. altera explicatur quod per se intellegitur. — XI 25 *patriam dicimus pro libertate positam*[18] *e. q. s. potest et sic intellegi, ut sic mortui videantur firmata penes Troianos possessione Italiae.* priorem explicationem qui excogitavit quare 'patriam' noluerit proprie accipere coll. schol. Dan. apparet. itaque de eius bonitate quidquid iudicabitur, subtiliter eam fictam esse non negabimus. contra posteriora non sunt nisi Vⁱ verba paulo aliter enuntiata. — XI 146 *matrum significatione vel mulieres*

---

11. D et S V 798; schol. Dan. V 64. — 12. sic adnn. ad VI 687, IX 657 priores respiciunt difficultates; ad VII 278, IX 272, XI 128 posteriores Vⁱ verba proprie reddunt; ad IX 515, XI 278 priores verae, posteriores ineptissimae sunt. — 13. D VII 484, S VII 531. — 14. S. II 539. — 15. S III 201, IV 356; schol. Dan. IV 377, IX 268, XII 343, ecl. IV 43. — 16. Asper IX 360, S XI 700. — 17. mortem Fabr. — 18. D XII 236.

Digitized by Google

generaliter accipere possumus[19]; *vel eas quarum filii cum A. perrexerant.* — XI 195 *ferventes rotas accipere possumus aut veloces*[20] *satis aut adhuc*[21] *ferventes ex cursu.* — XII 434 quaestionem sic soluit D *aut more suo hoc praetermisit, ut ex oculis per galeam datis intellegamus e. q. s.*[2], *aut vulneratum sic remansisse cum galea.* IX 403 *altam lunam intellegere possumus aut magni luminis aut in excelsa caeli parte constitutam.* verbum d. q. a. proprie accipitur posteriore loco. iam de priore non uno modo iudicari potest. aut enim re vera, ut Nonii 237„ auctor ex illius verbi significatione qua demonstrat profunditatem obscuritatis notionem deflexit, similiter Di auctor ex contraria qua sublimitas ostenditur claritatis potuit efficere notionem[22]. sed potuit etiam D more suo turbare; quid si invenit *altam lunam] in excelsa caeli parte constitutam, ubi est maioris luminis*[23]? scl. quo facilius Euryalum videri procul potuisse intellegeretur; de qua re quaestio fuit[24]. — causa qua commoti 'a. L.' non ceperunt simpliciter videtur apparere. malebant enim poetam certis de causis attributis usum quam epithetis ut dicebant propriis[25]. 'a. L.' si de Lunae a terra distantia quam eandem semper putabant intellegebatur, epitheton erat.

haec quoque ostendunt interdum Dum memoriter non scripsisse. plures inspexisse neque verisimile est eum qui ipse profitetur se cursim scripsisse relictis plurimis et qui puerum poetae lectione initiaret hoc consilio, non ut grammaticum ageret sed ut rhetorem[26]; neque cum Di indole qualem descripsimus talis ratio congruit, ut compositis inter se complurium commentariis 'probaret omnia et bonum teneret'; nec invenitur quod contra faciat. nam unum locum obiciat nobis aliquis; VII 49 *persuaserunt sibi nonnulli et paene omnes ultimum non novissimum sed primum.* ex his concludere possis Dum novisse qui sic ut ipse explicarent paucos et plures qui aliter — ut quidem putaret[27]. sed extat adn. similiter comparata XI 37 *moralitatem*[28] *ut multis locis fecit et paene omnibus etiam h. l. evidenter expressit.* cum his si conferes Dum I 443 *omni occasione*, XI 534 *morem poetae quem ubique servavit*, 536 *omni*

19. D IX 272, XI 581, schol. Bern. ge. IV 520; cf. schol. Dan. XI 476; Isid. diff. I 373; D VI 306 scripsisse videtur *matres i. e. mulieres* ('m. et m.' mutato compendio Fabr.) — 20. S I 436, schol. Dan. IV 407. — 21. illud adhuc qui cognoverit Dum non delebit propter Sum. — 22. conferri potest quodammodo schol. Dan. IV 230; glossa cod. Vatic. 3321 *altum praeclarum.* etenim reminiscendum est quousque in talibus progressi sint veteres; cf. e. g. S I 325, schol. Dan. II 2, IX 656 ibique D. — 23. nam maior est splendor siderum si circa meridianum circulum constituta sunt, quam si prope finientem. ceterum ita qui interpretabitur non habebit, cur 'altum' scribat cum Bergkio. — 24. D IX 372. — 25. cf. Quinct. inst. or. VIII 6,40; schol. Ver. ecl. VI 7; schol. Dan. III 398, ge. I 219; S ge. I 81, 129, 154, IV 101; D V 488, IX 239 XI 535. — 26. ipse profitetur in praef. — 27. qui adnotarent *ultimus primus*, (S h. l.; schol. plen. ge. IV 319; Non. 417„) ei videlicet eadem ratione qua D usi sunt. — 28. D V 766 *haec est moralis dictio in qua humani actus apparent.*

Digitized by Google

occasione, 843 *omnibus locis*, non dices eum XI 37 certos quosdam in animo habuisse locos, ubi moralitatem V non expresserit, sed aliquanto saltem quam illic cautius, sed tamen etiam sic ὑπερβολικῶς enuntiasse, quod prudens dixisset '*interdum, saepius*'. similiter ergo Dum VII 49 locutum esse quin contendamus nihil certe est quod impediat: adscripsit autem illam falsam opinionem '*fere omnibus*', ut suam ipsius qui verum traderet solus exaggeraret doctrinae laudem. nam quantum sibi in hac re exponenda placuerit paene risum movet[29].

altero autem loco ubi de commentariis loquitur videor mihi ostendere posse eum magnificentius locutum esse. in epilogo librum se adiecturum promittit cum de aliis rebus *quae V in Aeidos libris comprehenderit*, tum *de herbarum*[30] *et lignorum vocabulis*. mirum habebit omnes, quod ad meliorem Aen. interpretationem etiam talia volebat complecti. iam de eadem re profitetur VII 645 *catalogus iste huic interpretationum libro non fuerat inserendus: est quippe nominibus hominium . . herbarum plenus ac refertus e. q. s.* ecce hic quoque herbae; sed herbarum nomina in illo catalogo frustra requiras. ergo cum haec prius scripta sint quam illa, et hic necesse sit illam herbarum commemorationem non e poeta, sed aliunde explicari: ne illic quidem putabimus eum pauca illa herbarum in Aen. exempla respexisse. immo sic iudicandum est: fuisse librum quo D iam antea in tractando Vo usus fuerat, complectentem res non solum in Aen. verum etiam in bucolicis et georgicis tractatas[31]. talem ad filium se scripturum pollicitus, quamquam ea tantum exhibiturus erat, quae ad Aen. spectarent, factum puto, ut argumentum eius adumbrans ea quoque comprehenderet, quae ad georgica potius et bucolica referenda erant. quod si probabiliter statui, sequitur ut dicamus eum non collecturum fuisse illa ex compluribus commentariis, sed potius istud compendium excerpturum; quod etiam per se si spectas Do magis convenit.

DON. NUM SERVII Q. F. COMMENTARIIS USUS SIT. quod propositum nobis erat cum primum ad Dum accessimus, ut de ratione ageremus quae inter Sum et Dum intercederet[32], praeoccupavisse sero cognovimus Burckasium l. l. pg. 10 sqq., quippe qui Dum a So non pendere demonstrarit. quodsi recte superiora disputata sunt, alteram argumentationis partem cadere necesse est, qua sententiam suam inde quoque comprobari dicit, quod a So aliquot aliorum refellantur sententiae, quas D amplexus sit. quem defectum ut resarciamus

---

29. apud Di auctorem eadem fere extitisse quae apud Sum sed ampliora docet exemplum Ciceronis de inv. II 2 *omnium qui fuerunt ab ultimo principio*. ipse D multis explicat eum ultimum esse qui postremus nominatus fuerit in enumeratione: Cicero ultimum id dixit, a quo incohanda erat enumeratio. — 30. ibi distinguendum est *herbarum quin etiam et lignorum*. — 31. de lignis qualia fuerint adnotata D VII 178 docet, de herbis D II 135, XII 412. — 32. loci adhuc tractati qui ad adnn. vere Servianis ampliores aut ab eis diversas redeant plures sunt eis qui congruant.

Digitized by Google

istius quaestionis partem priorem perlustremus, qua, cum nominatim D auctores non laudet, in eos locos inquisivit ubi *multorum, quorundam sim* sententiae afferuntur, vel D usus est locutionibus *dicunt, fertur, sim.*

itaque ex numero locorum quos quin e Se petiverit D nihil obstare videtur Be tollantur adnn. ad I 644, VII 1, 623 ubi D expressis verbis de obtrectatoribus tradit, quos S non commemorat; I 347 ubi multos aliter distinguere S non dicit[33]; I 27 ubi verba *ingressam Junonis templum formam corporis sui praetulisse simulacro deae* e Serviauis effici non poterant; I 4 ubi D alios saevam tradit explicare *potentem*[34], cum apud Sm extet *magnam.*

idem cum probabilitate statues de his. VIII 18 *multi hic distinguunt et faciunt caput cum quodam transitu; nos hanc pronuntiationem trademus 'quae cuncta talia videns e. q. s.' ut nulla sit separatio.* scl. ob transitum vituperatus erat V:[35] tale quid a Di auctore alienum non esse ex adn. ad VII 1 apparet. — XI 275 *speranda quidam quasi metuenda intellegunt, cum vere speranda V intellexisse videatur.* propter sententiam certe hoc non scripsit D, cum inter hoc 'metuere supplicium' et illud 'expectare s.' (sic enim intellexit) quid intersit non intellegatur. quid quod ipse D alio loco sperare dixit pro timendi verbo VIII 111 *quid omnes timuerint dubium esse non potest; sperasse igitur intelleguntur e. q. s.* nimirum abusionis vitium notatum invenit D[36]. — II 9 Dum per se in illo *praecipitat pro praecipitatur* haesurum non fuisse hinc apparet: S VI 800 *turbant turbantur* (cf. schol. Ter. hec. IV 4, 12); ibi D *omnia turbabuntur.* scl. 'nox praecipitat somnos' coniungit propter quaestionem quae fuit de tempore noctis[37], quam fuisse nego Dum potuisse concludere e Se; idem numquam credam Dum de suo addidisse observationem veram de aura mane umida, qua ad diiudicandam quaestionem utitur. — I 92 e comparatione Di (*derogatum est meritis eius*) Si (*servavit* τὸ πρέπον) schol. Dan. (*reprehenditur V*) paene certum videtur apud Di auctorem Vum defensum fuisse a vituperatione quod indecenter finxerit herois personam, et ita quidem defensum, ut non mortem sed mortis genus timuisse diceretur. idem S legit; sed neutri haec excusatio satisfecit. itaque hic timere illum quidem, sed post ceteros dicit: de quo ne verbum quidem V; ille omnino non timuisse, sed frigore affectum esse, oblitus demonstrare quo differat a timore illud frigus *e leti genere* natum.

contra pauca possumus addere similiter enuntiata quae quominus ad Sum referantur nihil obstat.

---

33. cum refutatione cf. D et schol. Dan. I 41, II 745; Macrob. sat. IV 5,5. — **34.** schol. Dan. 138, ubi h. v. respicitur, *magnum et potentem*; Non 388,4. — **35.** S IV 1, IX 1, XI 532, ge. II 458. — **36.** cf. praeter artium scriptores Quinct. inst. orat. VIII 2,4. — S I 543, IV 419; Isidor. diff. I 513; Eugr. Andr. II 3,21 (unde in Ael. Don. q. f. commentario scribendum *sunt qui speres pro timeas habeant*). — **37.** cf. Wilamowitz quaestt. Homer pg. 117 not.

Digitized by Google

I 28 *foedum est intellegere . . dicitur*; II 204 *vulgatum constat et omnibus manifestum*; II 604 *ferunt*; IV 198 *feruntur*; V 80 *dicuntur*; VI 824 *dicitur*[38]; VIII 237 *ut alii putant*; VI 817 *superbiae vitium Tarquinio applicatur secundum veterum fabulas.* hoc etiam memorabile; nam V dixit 'animamque superbam ultoris Bruti'. his subicio locos quos e solo S° petitos esse posse neganti non assentior B°. I 75 quicumque D‡ auctor fuit, D‡ eum male intellexisse supra ostendi. quidni S‡? — I 179 S et D plane eodem modo eos refutant qui hysteroproteron statuant. — II 363 S et D consentiunt. — II 550 apud D‡ auctorem eadem quae apud S‡ extitisse, sed a D° confusa esse supra ostendi. — IX 430 D cum errare dicat qui *tantum producant quasi multum*, quare hoc contra S‡ scribere nequiverit, praesertim cum rhetorica sit adnot., non video. hos locos si addis eis quos B collegit, demptis illis sive X sive VI restant XXVI sive XXX ubi 'aliorum' sententiae a D° commemoratae ad S‡ possint referri.

ad solum S‡ referri qui nequeant B congessit locos LIX, e quibus praeter illos V demendi sunt hi: I 480, III 466, X 402, XI 682 de quibus dixi in priore capite. — IX 221, XII 179[39]; X 1[40] ubi alios commentatores non commemorat. sed his addimus: in praef. *ut alii putant*; I 27[41], VI 224, XII 412 *dicitur*; I 701, VI 525, VII 743, XI 468 *fertur*; I 703 *leviter legentes*; II 116 *ferunt*[42]; IV 197, IX 372 *quaeritur*; V 58, VIII 103 *feruntur*; VII 41 *volunt*; 43 *asserunt*[43]; VIII 364, XI 534, 629, XII 513, 605[44] *putatur*; IX 346 *dubitatur*; XII 169 *qui scrupulosius intuentur malunt*; 374 *plerique.* — V 36, XI 303, 480 *legitur et.* quibus si adicis illos sive VI sive X remanent sive LXXX sive LXXXIV qui ad solum S‡ nequeant referri auctorem. hic numerus cum sit illo triplo fere maior, acta res est, si modo pluribus D‡ usum non esse auctoribus recte statui.

ad eundem finem alia quoque via pervenimus. Thilo praef. pg. LXVI—LXIX demonstravit eum, qui pleniorem commentarium composuerit, hominem Christianum, fuisse post Isidorum, de rebus Romanis loqui tamquam de peregrinis aut abolitis. de D° plane aliter statuendum est. quem fuisse paganum v. d. Hoeven ostendit[45]. qui quod dicit eum isti religioni ex animo fuisse deditum nimium est. veluti scripsit XI 843 *omnibus locis docet poeta deorum cultum frustra esse.* praeterea cf. D XII 140 de Jove libidinoso. — ipse D sermone scripsit patrio: XI 825 *properantum iter fugam dixerunt veteres nostri.* itaque in praefatione *Maro noster*[46]. — circenses

38. *ob iniustam causam* ipse potuit addere. — 39. alioquin multo plura addenda erant; e. g. I 1, VII 213 *mirandum non est*; I 261 *perquiri non debent*, V 795 *non quaerendum est*, IX 245 *non quaerenda est veritas*; IV 223 *quomodo potest intellectus e. q. s.*; I 365 *et est revera quod moveat*; VII 104 *non possumus dicere quod*; XI 80 *est hic quaedam in intellecto colligendo confusio* (cf. D VII 484). — II 775 *idcirco oportet addi* (cf. schol. Dan.) — 40. *auctores* enim poetas dixit, non interpretes. cf. D VI 577; IV 316, IX 232. — 41. de malo aureo. — 42. cf. schol. Dan. — 43. S VII 382; cf. schol. Dan. XI 436. — 44. verba corrupta.

Digitized by Google

ipsius temporibus actos esse docet D V 128 ubi *quadrigas* dicit, etsi V dixerat 'biiugo c.'; 132 *ut fieri consuevit in circo*; 662. — I 740 *cithara in agonibus h. e.*[47] *sacris certaminibus coronatur.* — VII 188 *aut vere parva, quia extant tales* (scl. trabeae.) — V 787 *ossa quae colligi consueverunt e. q. s.* — IX 487 *neque tuos oculos clausi (ut moris est).* cum his utile est conferre schol. Dan. *Romana consuetudo fuit.* — VIII 343 *Lupercal vero illud ostendit, unde Luperci et Lupercalia sumpserunt nomen.* — XI 25, cf. XII 236, *cum quis ex servo liber efficitur, ciuitatem dicitur Romanam consecutus.* haec etsi certam temporis definitionem non admittunt, tamen hoc apparet, nullo modo fieri potuisse, ut pleniore Si qui fertur commentario D uteretur. atqui plurima communia sunt Do cum scholiasta Dan. quorum et tetigimus quaedam et tangemus, alia apud Bum invenies. ergo So usus non est, sed copiosiore quodam auctore.

nam Dum ab eo qui pleniorem Si q. d. commentarium composuit adhibitum esse vix quisquam putabit utrinsque rationem cognitam qui habuerit. placet tamen e. g. pauca tractare, ubi etsi simillima exhibet, schol. Dan. non e Do sed e communi fonte, ut ita dicam, hausisse putandus est. D I 12 *antiquam debemus accipere non magnam ut nonnullis videtur.* schol. Dan. *alii antiqua nobilis.* cum hoc cf. e. g. S I 375, schol. Dan. XI 316; D II 363, XI 851; cum illo D II 137, VI 648; S georg. II 174. quid quod schol. Dan. XII 347 hoc est *antiqui pro nobilis et magni ut I 12*[48]. — D XII 424 *novas vires non tales quales abcesserant, sed multo meliores exponunt.* schol. Dan. *novae magnae aut mirae.* cum hoc cf. S ecl. III 86, S et schol. Dan. IX 641; schol. Ter. ad. IV 7, 4. aliud apud auctorem invenit D: neque enim in illis *magnae, mirae* comparatio inest. sed cf. schol. Dan. II 228, IV 10[49], 500; ecl. V 71, schol. Ter. eun. II 3, 25; D XII 867[50]. in his omnibus comparatio inest: tale quid Di auctor exhibuit. — D II 41 *ardentem festinantem alii volunt.* ipse accipit *pro statu publico commotum.* similiter schol. Dan. 'ardens' ad *commotionem animi refert et iram*[51]. sed quae cum illis arte coniuncta sunt de voce vultu gestu non extant

45. add. D VIII 278 *quibus sacrorum cura est.* 284 *ut honorificentiae causa solemus.* VI 250, XII 170; VII 498. — 46. aliter intellego verba *poeta noster* I 285 et alibi. — 47. cave ex illis *h. e.* concludas Dum exscriptis auctoris verbis addidisse explicationem. nam similiter in epist. ad filium scripsit *diversae partis, h. e. inimicae.* cf. D I 130, II 18, 97, 678 et alibi. — 48. D I 375 si re vera scripsit *antiqua . . magna enim magnae sunt opinionis perindeque nota*, hic quoque 'secutus est utrumque.' ibi S provocat ad v. III 84, ubi ipse nihil. D haec exhibet *opus vetustatis ratione laudavit*; *quidquid enim vetus dicitur — proculdubio magnum est.* cf. schol. Ter. eun. III 1,38; IV 4,21; Andr. prol. 7. — quod D II 137 addit *aut cuius affectum diuturnitas cumulaverat* cf. S, schol. Dan. I 375 et alibi. — 49. ibi D *novum] nova quadam et singulari specie.* — 50. quod addit *aut insolitum et repentinum* cf. D I 450, schol. Ter. Andr. IV 3,15. — 51. Non. 240$_{30}$.

Digitized by Google

apud Dum. contra ea explicatio huius versus quam aliis placere D dicit[52] invenitur illa quidem in pleniore commentario, verum ad v. I 423 adscripta. — sic in schol. Dan. I 138 ea v. I 4 interpretatio extat, quam aliis placere ibi D adnotaverat. — D XI 292 de v. I 99 *alios saevum fortem accipere* tradit. schol. Dan. I 99 *saevus alii fortis bellicosus.* sed addit *ut est XI 910*[53]. D XII 374 plerosque pluralem pro singulari accipere tradit idque legitur in schol. Dan. sed addito v. 350. haec ergo Do pleniora. — II 558 per se nihil obstat, ut verba schol. Dan. *sine dignitate* petita esse dicamus e Do *nonnulli sine nomine sine dignitate* accipiunt. multum tamen abest ut necesse sit. cf. schol. Dan. I 248, schol. Ter. hec. III 3, 23. quid quod Non. 354_{16} legitur *nomen decus dignitas. V Aen. II 558*[54]. plerisque tamen locis ita comparata est similitudo, ut schol. Dan. data opera de vi verbi alicuius praecipiat, D sola verborum electione prodat se similia legisse. cf. e. g. D II 244 supra; aut talis, ut hic ampla, ille contracta, hic docta, ille a doctrina remota exhibeat. cf. e. g. D XII 169 *qui sacrorum ritus scrupulosius intuentur, puram vestem malunt contagione omni et criminum macula liberam* cum docta schol. Dan. adnotatione.

ergo quod e Si et Di comparatione concludendum erat, scholiorum Dan. cum Do concentu confirmatum videmus. itaque, quae inveniuntur inter Di interpretationes et Si commentatorisque Dan. scholia similitudines, eae ad communem quendam illorum auctorem referendae sunt[55].

QUAE RATIO INTER DONATOS INTERCEDAT. quem adhibuit D commentarium, eum ut pleniorem, ita vetustiorem So fuisse apparet. ex interpretibus So vetustioribus de nullo plura cognita habemus quam de Aelio Donato: quaeritur num forte illius commentariis usus sit D. id quod demonstratum ivit Burckas. quod si ita est, ad restituendum maximam partem Aelii commentarium reciperavimus adiumentum. quidquid enim invenietur similitudinis inter Som et Dum Aelio vindicandum erit, neque vero minus quidquid apud scriptores So vetustiores extat interpretationis Vergilianae, quod apud Dum recurrat, per Aelium ad eum pervenisse dicemus. digna igitur quaestio quae accurate perpendatur.

primum ex argumentis a Bo allatis haec mihi idonea non videntur: D II 149 *mihi] in ipso pronomine grande pondus est.* schol. Phorm. II 3, 32 *bene mihi. et verbum est scrupulose aliquid interrogantium. sic V l. c.* scl. scrupulose interrogantium est non interrogare simpliciter, sed dicere 'dic mihi, edissere mihi'. cf. schol. hec. III 2,21; Andr. IV 1,44. huius observationis ne vestigium quidem

52. S I 472 et alibi, Non. 240_{19}. — quod addit D aut *ingenio vigilantem* cf. S I 423 *ingeniosi.* — 53. S XI 910 *saevus fortis ut I 99*, quamquam ibi scripsit *magnus*; Non. 388_{23}. — 54. schol. Ver. I 248 ubi parum probabiliter Keilius suppleuit *pro progenie.* — 55. sic alia via eodem quo Burckas pervenimus.

Digitized by Google

apud Dum[56]. — cum Do II 13 B contulit schol. hec. I 2,39, cuius haec summa est propter quam laudatur v. Vi *mire unde quaestio, inde coepit.* de hoc nihil apud Dum[57]. — D X 782 quid commune habeat cum schol. Andr. I 5,49 praeter verba Vi non video. — I 605 Ael. (adelph. III 2,6) scite ut solet de arte poetae observavit[58], D nescio quam philisophorum doctrinam *obscure* proferre putat Vum. — D XI 537 nihil nisi paraphrasin Vi verborum exhibet. alia res esset, si D ut S locum Terentii laudaret, ad quem v. Vi adscripsit Ael. — temere e So II 292 coll. scholl. Andr. III 2,23, et So VII 49 coll. schol. adelph. II 1,42 concluditur Sum proferre Aelii interpretationem. nam eodem iure concludas e So II 89 coll. schol. hec. III 3,23 Aelium XII 515 'nomen' accepisse de laude, aut e So VII 1 coll. schol. eun. II 3,21 Aelium explicasse ut Sum: quod secus esse scimus e So. — D XI 569 quod scripsit *solitudines ac desertiones,* id more suo fecit. sic I 384 *deserta . . solitudo,* II 562 *deserta Creusa . . solitudo uxoris*; III 4, 646, IV 330, 677, V 612, VIII 191, XI 843; IX 482[59].

apud Sum si leguntur aut in corpore Danielino, quae scholiis Terentianis Aelio vulgo adscriptis respondeant, Aeliana nos habere, cum ille Aelium se cognovisse testetur, in hoc quaedam extent, quae certissime ad Aelium referenda[60] sint cum probabilitate[62] statuimus. his si convenit cum Do propterea certum est Aelium ab illo exscriptum esse? quid si uterque ex eodem fonte hausit[61]? claudicat argumentatio.

atqui demonstrari potest unam Di interpretationem redire ad Aelii quandam solius propriam. D XII 515 *Onitem vero, h. e. Oni-*

---

56. cum Di adn. haec potius comparentur: schol. eun. IV 7,27; hec. III 5,50; Andr. I 1,10; 47; 59; 3,6. S II 657, Quint. inst. orat. XI 3,176. neque vero h. l. D quemquam exscripsisse putandus est, qui ad fastidium usque vim pronominibus attribuat, ipse professus I 44, III 201 se hoc plurimis locis dicere. — 57. ne hic quidem exscripsisse putandus est auctorem, qui totam Aeidem tractet tamquam laudationem Aeneae ipse hoc professus in praefatione. ceterum cf. schol. Ver. II 293; S II 13. — 58. cf. Eugraphius h. l. Gerstenberg de Eugr. Ter. interpr. diss. Jen. 1886 ea scholia Ter. quibus Eugr. respondet vere Aeliana esse demonstravit. — 59. ego certe is non sum, qui negem talia potuisse extare apud Aelium, neque vero eiusmodi argumentis persuadendi vis inest. — 60. iniuria hoc negavit Halfpap-Klotz in quaestt. Servianis diss. Gryph. 1882, cf. S et schol. Dan. II 557. VII 1, VIII 333, IX 547, 760, XI 762, XII 529. qui si e schol. eun. II 3,56 et So XII 365 concludit saepius Lucanum laudatum esse ab Aelio, qui in schol. Dann. non commemoretur, non est cur non offendat quod Tiberianus bis laudatur a So, Cicero bis a Do, semel Martialis ab Eugraphio, Firmianus a schol. Dan., Appuleius, Gadullius, Nonius a Nonio. — 61. Aelii vv. I 179, 573 interpretatio extat etiam apud Diomedem, qui eodem quo Aelius auctore usus est; I 237 differentia inter pollicendi et promittendi verba Suetonii est (pg. 286 Rff.); idem v. eunuchi V 8,52 ubiAel. 'accipit' interpretatur *pascit* laud. v. III 353 (cf. S et D) iam apud Nonium extat cum eadem explicatione. — 62. quamquam cautione opus est. nam schol. adelph. V 3,60 ea v. I 179 explicatio profertur, qua S utitur ad refellendam Aelii sententiam, qui quid de h. v. iudicarit, ex arte eius certo constat; nam ad hanc refero schol. Turon. h. v.

Digitized by Google

tis et Peridiae filium qui Echionio nomine diceretur. cf. Ael. apud Sᵘᵐ; qui si On. voluit esse patronymicum, noluit sane dicere Onitis filium: neque tamen hoc contra nos facit. — huic fortasse altera addenda est adn. D II 557 *litore dum litare consuevit.* cf. Ael. apud Sᵘᵐ. sic verba extant in edd., non leguntur in cod. Harlemensi. ipse v. d. Hoeven pg. 19 ea Dᵒ tribuit, quoniam aliae quoque in illo cod. omissae sint interpretationes: et recte, si quid video. nam quae secuntur *quoniam intra domum et ante aras constabat occisum* quoad rationem prave, sed secundum Dⁱ consuetudinem dicta sunt.[10] — itaque commentario usus est Aelio certe non vetustiore. sicubi igitur inveniuntur apud eum quae scholiis Terentianis respondeant, nunc demum cum ratione et probabilitate de Aeliana illorum origine coniectura fit.

ipso vero Aelii commentario usus non est. nam inveniuntur loci ubi Ael. et S contra Dᵘᵐ faciant et alios. sic Dᵒ II 103 convenit cum plerisque in schol. Veron. commemoratis, Aelio (Andr. I 4, 1) cum Sᵒ. — II 632 S et schol. Dan. ut Ael. (eun. V 2,36, ad. V 6,6) 'deo' legunt, D 'dea' ut schol. Veron. 83_{34}, 89_{6}. — ibid. Ael. ut S 'ac ducente' legit, aliter non addidisset verba 'flammam — expedior'; D 'adducente' ut schol. Dan. I 382, VII 298. — e schol. eun. III 2,1 apparet Aelium VI 257 post verba 'adv. dea' distinxisse[63]: sic S III 209. Dᵒ convenit cum quibusdam in schol. Turon. commemoratis. — II 291 Ael. (hec. IV 2,18) 'datum' accipit *praestitum*; sic schol. Dan. alterum *sat — militasti.* Dᵒ qui adnotet *ut plenum venisse interitum demonstraret* cum schol. Dan. priore convenit[64]. — II 428 Ael. (Andr. prol. 4) 'aliter' accipit *contra*: sic schol. Dan. prius[65]. D *ubi ponitur hoc illi visum est, non iustum iudicium sed libido significatur*: sic schol. Dan. alterum[66]. — contra solum schol. Ter. quod Aelianum esse sentio etsi demonstrare non possum facit D IX 300 *alio illum more dehinc iurare consuevisse voluit demonstrare.* sic illi qui de Aenea pontifice cogitabant. schol. Andr. I 5,46 *bene praeterito quoniam quae praeterita sunt in recordatione magis lacrimabilia sunt. V II 678 et l. c.* adelph. III 2, 54.

aliis locis D et S contra Aelium faciunt et alios. velut I 548 Ael. (Phorm. prol. 21) distinxit ante illud 'nec'[58]: sic alii in schol. Dan. commemorati, S I 720[67]. Dᵘᵐ post illud 'metus' distinxisse apparet ex verbis *nihil est quod metuere debamus*, quibus Ilionea vult *et ponere spem et inicere metum.* sic S h. l. — I 749 Ael. (eun. IV 3,6) Didonem vult amorem tamquam venenum bibisse: sic schol. Dan. I 688. D et S poetam volunt ad convivum adlusisse. — V 64 Ael. (Phorm. I 2,69) 'si' accipit *postquam*[68]. sic schol. Dan. D *non de die dubitat sed de serenitate.* sic S. — IX 255 Ael. (Andr. I 1,45,

---

63. in schol. Dan. IV 461 idem. vv. Vi et Ter. laudantur. — **64.** recte haec intellexit Bergkius. cf. Thil. adn. crit. — **65.** nos 'waren entgegengesetzter ansicht'. — **66.** S. III 2, ge. IV 393. — **67.** sic saepe S sibi non constat: cf. I 99 et XI 910, I 120 et 573, 484 et IV 672, I 548 et 720, 749 et IV 2, II 558 et VII 337, VI 758 et XII 515.

Digitized by Google

eun. III 2,20) sic interpretatus est '*actutum vobis Aeneas reddet praemia et Ascanius si quando aetas eius corroborata erit*' (propter v. V 546); sic schol. Dan. S contra et D de aetate Ascanii qualis tunc fuit cogitant. — XI 309 Ael. (eun. II 2,9) coniungit verba 'ponite — quisque'. sic ceteri grammatici praeter Sum et Dum. — XII 60 Ael. (Andr. prol. 8, hec. II 1,33) pluralem pro singulari accipit. sic Asper 113, K, schol. Dan. II 20. D interpretatur ut S. — III 233 quomodo Ael. (eun. V 2,20)[68] acceperit 'circumvolat', cum inde apparet, quod in Ter. versu 'involem' ab avibus tractum ait, tum quod illa verba non solum gestu sed etiam corporis motu adiuvanda esse dicit: proprie accipit de volatu[69]. eadem est Si et Nonii 32_{31} explicatio prior. cum Do qui rapiendi verbo utatur[70] consentit Si et Non. explicatio altera. — D V 236 *laetus h. e. si laetus de proventu victoriae fuero.* sic S. Ael. (eun. IV 1,8) intellexit *libenter*, ut D IX 89, XII 393. — S et D VI 568 'furto' accipiunt de facinore quod in occulto remansit, Ael. (eun. IV 7, 39) explicat *omne maleficium generaliter* (h. e. species pro genere). de illo eum non cogitasse docet v. quem laudat georg. IV 346 (cf. Ael. apud Sum h. l.). — XII 161 Aelius in arte ut Macrobius praesumptionem recte agnoscit; Do cum So convenit.

his subicio locos ubi solus D contra Aelium faciat, ita tamen ut veri simile non sit ipsum de suo scripsisse. I 69 quaestio erat quid sibi vellent haec 'et disice c. p.' post illa 'subm. obrue p. aut age d.'; quare alii ut S V 683 'corpora' accipiebant de navibus, alii 'et' pro *aut* dictum. Ael. (Andr. II 1, 28)[58] cum primo maiora postremo quae ex his viderentur minima Junonem petere dicat, illa 'disice c. p.' de hominibus aqua mersis certe non intellexit. D quaestionem solvit ordinatione verborum: qualis ratio non abhorret a consuetudine aliorum. cf. Ael. apud Sum VI 339, IX 30. — D III 535 quod non accepit Aelii interpretationem mirum non est; nec tamen simpliciter ut S explicat, sed ita ut latendi verbo attribuat significationem 'tutum esse': non inepte; cf. D X 601. is a quo hoc accepit coniunxisse videtur 'portus latet ab euroo fluctu'. — D X 515 *caede nova h. e. exquisito supplicii genere.* cf. S VIII 695. Ael. (ad. III 2, 15) verba proprie accepit.

aliam Aelianae interpretationem quam ipse non excogitavit admiscuit II 65, ubi Ael. crimine legit (Phorm. II 1, 35; ad. V 1, 12); II 244, ubi Ael. memoriam accepit *intellegentiam* (Andr. IV 3, 8); IX 232 ubi Ael. pretium accepit *poenam* (Andr. III 5, 4)[58]; X 245 ubi Ael. spectabis legit (hec. III I, 6)[58]. de IX 675 v. i.

atqui, dixeris, potuit Aelius diversas proponere et interpretationes et lectiones. audio: sed vide talia. S III 636 tres Aelii inter-

68. schol. si quod aliud Aelii quo de gestu agatur. cf. Scheidemantel quaestiones Euanth. diss. Lips. 1883. — 69. v. Vi attulit ut appareret quam recte Ter. mulierculam manus praetendentem et cum impetu quodam in servum irruentem comparasset ferae avi, quae paratis ungulis praedam petit. — 70. D VI 199 *involare dicimus cum aliquid furtim vola manus subtrahitur* laudato v. eunuchi IV 3,6, qui apud Nonium quoque extat.

Digitized by Google

pretationes adfert: quarta extat apud Dum *faciebant hoc comae*[71] *et rugae frontis torvae*; quae si apud Aelium quoque extabant id S omisit, in quo summa posita erat. nam V dixit 'sub fronte l.': Dum vero nefas est credere addidisse id in quo vis est maxima. quid quod conferri potest schol. Dan. *intra frontem recesserat*. — D IX 363, 547 eas rationes sequitur, quas disertis verbis Aelianis opponit S neque tamen has ita comparatas, ut cuivis pateant; D IX 675 Aelianae Cornuti interpretationem miscuit, quam Aelianae opponit S. — VI 339 ne vitium sit Aelius contortam verborum constructionem statuit; ob eandem causam simile facit D sed multo aptius: prorsus nequit cogitari utrumque ab Aelio prolatum fuisse.[72] — D I 179 eodem prorsus modo quo S Aelianam interpretationem redarguit. — D IX 763 *aut hastas sublatas hostibus ingerebat, aut aliis*[73] *raptas in eos iaciebat qui fugerant.*[74] videtur mihi apparere hic deprehendere nos et Aelii et Si sententiam quamvis obscuratam, more eius, utramque. — D I 7, 261, 286 eandem quaestionem quae solvitur a So VI 752 et Probo georg. III 46 irritam esse demonstrat, quia imperfectum V opus reliquerit; hoc ipsum non excogitasse certissimum est, ut quo concedatur aliquid in Aeneide vituperandum esse: Do omnia quae scripsit V bona sunt et supra obtrectationem[75]. Aelius si de hac re dixit omnino, Si ratione usus esse videtur. certe de posterioribus quos V non scripserit libris[76] cogitare non potuit is, qui scripsit in vita Vi *perfecta demum materia e. q. s.* et de numero librorum duodenario testatus est diserte.[77]

QUAEDAM TI. DONATI AELIO VINDICANTUR. quoniam Dum Aelii commentarium ipsum adhibuisse negavimus, ex Si et comm.

---

71. sic Aelius *crinibus tegebatur*. — 72. Dum istam rationem fugiturum non fuisse docent adnu. ad I 69, XII 109; I 365 verba sic ordinat 'devenere locos mercatique solum, ubi nunc ing. cern.' — 73 *aliis* de quibus dixerit ex opposito apparet. — 74. D XII 330 *an suas raptas hastas ingesserit hostibus, an hostibus raptas, i. e. sublatas incertum est.* — 75. v. d. Hoeven pg 28. — 76. D I 286. — 77. D VII 1, IX 31, X 463, 497, XI 318, 763, XII 366, 529, 585 cum So facit contra Aelium; D I 4 memorem accipit *quae meminerat*, Ael (Andr. I 1,17) *quae in memoria erat*: cf. S; D II 136 verba 'si forte dedissent' cum sequentibus coniungit haud male, ille (Phorm. II 1,43) ut S; D II 161 feram accipit *auferam*, ille (Phorm I 4,20) ut schol. Dan.; D II 396 nostro accipit proprie, ille (ad V 6,10) ut schol. Dan.; D III 686 ni accipit *nisi*, ille (eun III 3,2) *ne*; D IV 83 absens *demens*, ille (ad. IV 5,34) ut S; D V 262 verbo 'viro' emphasin tribuit, ille (eun II 2,30) supervacue dictum recte putat; IX 525 ille (hec. IV 4,42) vos de una C. accipit ut S X 188, aliter D; D XI 122 crimine intellegit *criminatione*, ille (hec. V 2,13) *falsa suspicione*; D XII 25 urbanitatem quandam agnoscit, cum illo (hec. V 1,18) S consentit. III 85 Aelium 'propriam' interpretatum esse *perpetuam* apparet e So coll. schol. Dan. huc. VII 31, Eugr Andr. IV 3.1; aliter D; Aelius I 398 illud coetu accepit *circulo* (class. auctt. vol. VII pg. 556 Mai), contra D *cycnos* dicit *ordine soluto volitare* haec quamquam nihil equidem inde concluserim, attuli ne quid omisisse viderer.

Digitized by Google

Dan. cum Do comparatione sola de Aelio nihil posse concludi sane dolendum est. itaque e Di copiis quid Aelio dandum sit si quaeritur, nobis quoque ad Terentianos qui Aelii feruntur commentarios recurrendum est.[78] ad quos conferendos priusquam accedamus una commemoretur Di interpretatio VI 623 *hic contra iura publica legemque naturae e. q. s.* cf. S de Aelio. ex hoc concentu temere fortasse Dum Aelianis usum esse statuissemus: quod cum demonstratum sit, casui tribuendus non erit.

ac primum quidem Aelii sententiam impugnat his locis: II 434 *separandum est divellimur inde; ceterum si iungatur, erit foedum e. q. s.* haec ita coniuncta leguntur in schol. Andr. III 2, 39 et quod notabile est, inverso ordine in schol. Andr. I 5, 8. — III 82 *veterem non quasi veteris amicitiae tantum debemus accipere, sed talem, qualis fuerat cum staret felicitas Troiae.*[79] Ael. Andr. III 3, 7; Phorm. I, 2, 17.[80] — XI 275 redarguit qui 'speranda' intellegant *metuenda.* e comparatione Si et Aelii (in arte pg. 394) apparet a Do impugnari Aelium, cum is proprie hoc verbum accipere nequiverit.

D I 37 *dolores intimis sensibus enumerabat.* Ael. hec. I 2,32 — I 157 *defessi . . fessi admodum . . satis fessi.* Ael. adelph. IV 6, 1.[81] — I 241 Si adn. cod. Monac. testimonio Aelio vindicatur.[82] D *quando Tr. venient ad Italiam, aut, si id non datur, quando autem carebunt malis?* — I 254 *temperavit ut diceret subrisit. ostendit cur plenus non fuerit risus.* cf. D X 227; Ael. Andr. II 6, 16. — I 727 *funalia . . faces ex funibus praceratas.* Ael. Andr. I 1, 88. cf. S.— D II 77 *fateri est aliquid prodere, quod sit contrarium confitenti.* III 609 *fateri ex necessitate; debuit confiteri, qui tot scelerum fuit reus.* Ael. eun. IV 4, 46. ad. prol. 4[83]. — — II 89 *haec nobilitas generis e. q. s.* Ael. hec. III 3, 23. — II 105 *scitari h. e. impensius quaerere.* Ael. eun. III 4, 10. — II 107 *pavitantem simulato pavore loquentem.* 76. *velut confitendi assumpta fiducia.* Ael. eun. III 5, 48. cf. S et. schol. Dan. II 67, S 107. — II 148 *dimitte ex animo cives, quos iam dimisisti fugiendo.* Ael. Phorm. I 2, 91. — II 234 Si adn. cod. Mon. testimonio Aelio vindicatur. D *muris enim patefactis interiora moenia pandebantur*[84]. — itidem res se habet II 437. D *causa tanti certaminis in aperto est: quod illic sperarentur regales divitiae.* — II 680 *vere mirabile monstrum. fiebant enim multa contra naturam rerum*[85]. Ael. eun. IV 3,14. — II 707 *iam*[86] *imponere cervici meae.* Ael. hec. IV 3,4. — II 717 *excusat Aeneas ne patrem videretur onerare, licet ipse*

---

78. rectissime, etsi dubitat ipse, B iudicavit de Do IV 373. nam D laudat Ter. haut. II 3,15. S Ter. adelph. III 2,32, ubi Ael. adscripsit et verum Vi et illum ex haut. sed D Aelium non intellexit. — D VII 291 a Ho adferri debebat sub numero 2; cf. S I 127. — 79. schol. Bern. ge. I 378. — 80. S XI 537. — 81. cf. e. g. Isid. orig. X 71. Ael. eun. II 2,49; Eugr. haut. IV 6,21. S I 106. — 82. Thilo praef. pg. LXXVI — 83. S IV 20; Non. 434$_{28}$. Isid. diff. I 232. — 84. ne sit iteratio. — 85. cf. Burckas pg. 41. Isid; diff. I 457, Front. diff. G. L. VII 520$_{28}$ K. — 86. cf. schol. adelph II 1,21.

Digitized by Google

esset omnia portaturus. Ael. ad. IV 5,71. — II 784 *partum acquisitum laboribus.* Ael. Phorm. I 1,12. cf. schol. Dan. — III 3 *haec sunt IV praeterita.* Ael. ad. III 3,11. cf. Probus apud Sᵘᵐ. — III 42 *pulchre dixit 'non — tulit', h. e. non ita me tibi civem genuit Tr. ut tantummodo civis essem verum etiam ut iungerer generi tuo.* Ael. Andr. I 4,3. cf. schol. Dan. — III 85 *da significat ostende.* Ael. eun. III 1,11. cf. schol. Dan.[87]. — ibid. D in eo haeret quod Aeneas imperativo modo usus sit. cf. D VII 37. casu fieri non potuit ut quasi alter Protagoras existeret. sed cf. Ael. Andr. I 1,58; eun. IV 4,18; 7,29; adelph. III 5,1. — III 312 *post mariti nomen nihil potuit loqui. dolor enim ei totam ademerat vocem.* Ael. et Eugr. Andr. I 5, 10. cf. schol. Dan. — III 362 *fare age hortationem poscentis significat.* sic D saepe. Ael. Andr. III 4, 19; eun. I 2, 19; 50. cf. S. — IV 13 *omnes partes exequitur quae amanti congruerent: ecce enim dolet casus eius e. q. s.* Ael. hec I 2, 92. — IV 92 *cum dicit aggressa ostendit eam aliquid insidiose*[88] *dicturam.* Ael. hec. V 1, 5; cf. schol. Dan. — IV 126 *conubio iungam ut perpetuo matrimonii vinculo iungatur.* cf. D et schol. Dan. I 73, Ael. et Eugr. Andr. IV 3, 1 et alibi.[89] — IV 217 *rapto h. e. coniunctione quaesita per violentiam* cf. S. Ael. adelph. III 3, 2. D I 28[90] *quod turpiter amatus sit a Jove.* cf. S. — IV 317 *affectus coniunctionis ipsius intellegitur habuisse rationem.* Ael. Andr. I, 5, 57; cf. S. — IV 335 *quae enumeras te mihi praestitisse.* cf. S. D V 801, Ael. et Eugr. Andr. II 1,31 et alibi. — IV 377 *quod dixit 'nunc' . . intellegendum 'quando . . otium consecutus es e. q. s. si ista vera sunt, cur non exiterunt ante beneficia mea?'* Ael. eun. I 1,25; cf. schol. Dan. — IV 641 *ambulabat non celeriter ut potuit, sed segnius ut aetas permisit.* Ael. eun. V 3,4; cf. S. — IV 645 *non dixit ingressa est, sed irrupit.* Ael. Andr. I 1,105. — IV 656 *calumnia est propter Sychaei mortem defensam non esse; nam defendisse occisi mortem est praedam propter quam mactatus est abstulisse.* cf. S, Ael. Phorm. I 4, 12, ubi Eugraphium v. Vi saltem commemorasse ex illo *'Pigmalionem'* apparet, quod in codd. extare narrat Westerhovius. — V 533 *sume enim non tradentem significat, sed hortantem, ut sibi ipse vendicaret*[91] *quod plus fuit quam dare.* Ael. adelph. prol. 10 *sumpsit sibi] libere tulit . . ut 'sume pater'*[92]. S quoque simplicem aspernatus interpretationem

87. S I 676 et alibi; Non. 278_{33}. potuit sane Ael. ita accipere 'da' ut Non. 278_{31}. — 88. invidiose ed. — 89. Porph. Hor. carm. II 2,22; Non. 361_{27}. D VI 871 pr. intellexit *diuturna*, cf. Non. 361_{29}. — 90. quamquam potuit Ael. ita accipere 'rapti' ut Non. 320_{12}. — 91. cf. Sueton. diff. verb. pg. 293 Rff. cum editoris adnotatione, in primis Isid. diff. verb. 512. — 92. quod esse Vi latuit editores. item in schol. Phorm. I 3,26 *praesaga — mens* = X 843; hec. I 2,43 *quam — deponas* = XII 48; Macr. Sat. V 1 *non — lites* = ecl. III 108. dato occasione aliud corrigam. errant qui in schol. eun. V 8,27 ante verba q. s. *et aliter 'vir — praemium'* auctoris nomen excidisse putant. legis formula est apud rhetores: Sen. contr. X $2,476_{18}$ K; Quint. decl. CCLVII 52_{15} Ri cf. $_{17}$; CCLXVI 85_{28} cf. $_{24}$; Dracont. carm. prof. 5 argum. (PLM vol. V pg. 138 B.). eiusdem generis est schol. Dan. IV 198.

Digitized by Google

(nimm in empfang) quae extat apud Nonium 395_{31} similiter verba accipit (nimm dir). quae de ICTorum usu dicit num Aelius quoque exhibuerit nescimus. — V 798 *non dubitanter posuit 'si' e. q. s.* Ael. hec. III 3,29; cf. S. — VI 298 *portitores dicuntur qui portus observant ut sine ipsorum iussu nullus transeat in alienas regiones.* Ael. et Eugr. Phorm. I 2,100.[93] — VI 614 *expectare incertum peius est quam pati.* Ael. et Eugr. hec. III 4,8; cf. S.[94] — VII 452 *peius obiurgare non potuit quam ut ea illi ingereret, quae ille meminerat protulisse.* Ael. eun. V 1,2. — VIII 151 *spectata iuventus] insigne est virtutis quod factorum probavit effectus.* Ael. Andr. V 1,1; cf. schol. Dan.[95] — VIII 365 *pauper est cui deest maior copia et tamen aliquantum sibi substantiae est. egenarum autem rerum significatio miserias exprimit et mendicitatem plenam.* Ael. Andr. I 5,40.[96] — IX 15 *fugientis h. e. celeriter recedentis.* cf. schol. Dan.; D XI 825, Ael. adelph. IV 1,22.[97] — IX 98 *sic dixit hoc loco defunctae quomodo VI 83.* cf. S; Ael. eun. prol. 15.[98] — X 89 *quasi dolens miseros vocat quibus atrox fuerat inimica e. q. s.* Ael. eun. V 7,13. — X 91 *foedera solvere furto est matrimonii iure honestos nexus turpi conventione*[99] *dissolvere.* cf. S; Ael. eun. IV 7, 39. — X 96 *talia Juno fundebat ex ore.* cf. S; etiam I 519 D orandi verbum de *ore* derivat; Ael. hec. IV 4,95. — X 532 *parce h. e. serva. inde enim parci dicuntur, quia quod habuerint servant. nam et salem parcum V dixit alio loco quia tradita sibi custodit (ge. III 403).* cf. S utrobique, ge. I 4; D VIII 317; Ael. adelph. I 1,20; hec. III 1,2; Eugr. Phorm. I 1,10.[100] — D X 542 cum provocet ad v. 539 et digna arma fuisse dicat quae viderentur in templo, sane probabile est similia eum legisse eorum quae extant in schol. Phorm. I 2,3. ceterum cf. D XI 655 *non ideo lectas dicit ut apud Dianam reprobae remansisse viderentur, sed quod omnes lectas habuisset.*[101] — X 612 *tristia i. e. imperiosa.* cf. S h. l., VI 374, ge. III 37; Ael. Andr. V 2,16. — XI 97 *supremam compleuit defunctorum salutationem, quae inventa est ideo quia post eam videri non possunt.* cf. S; Ael. Andr. IV 2,13. — XI 468 *assumptum fertur ex vetere consuetudine ex more iudicum. nam cum actus suos explessent, hac voce per praeconem utebantur ut dicerent ilicet h. e. ire licet.* Ael. Phorm. I 4,31; eun. I 1,9; Eugr. eun. II 3,55. — XI 515 *furtum belli est cum fraude ad victoriam tenditur.* Ael. eun. IV 7,39. — XII 15 *asseruit crimen esse quam*

---

93. consentit Non. 24_{14} et $_{24}$; plane aliter S. — 94. propter Gerstenbergium moneo, ita demonstratum esse Aelii adn. contractam nunc legi. — 95. S et schol. Bern. ge. I 197; Non. 402_{21}; gloss. Cic. cod. Leid. oct. 88 (J. J. 1891 pg. 431 num. 37). — 96. Isid. diff. I 185 = schol. Dan. georg. I 146. — 97. Sen. epp. 108_{36}. Non. 307_{24}; S IV 72, ge. III 462, cf. schol. Bern. — 98. pergit D *alias enim defunctum mortuum dicimus e. q. s.*; *def. enim est complere.* cf. S VI 83; Non. 287_{4}; Placid. gloss. s. v.; Ael. ad. III 4,62. — 99. D III 324 *'tetigit cub.' ad ludibriosam conventionem.* — 100. schol. Bern. ge. I 4, III 403; Non. 370_{30}. — 101. quod est aliis verbis 'lectas adiectivum est non participium'.

Digitized by Google

maximum e. q. s. cf. S et schol. Dan.; D IX 4 *sedere otiosum significat.* XI 460 *habetis tempus otiosum: sedete potius.*[102] Ael. ad. IV 5,38. — XII 47 *non quando voluit, sed quando potuit, qui expectabat Latinum.* sic Aelium interpretatum esse apparet e schol. hec. V 1,18 ubi demonstrare vult iam antea Turnum interrumpere voluisse Latinum.[103] — XII 50 *quod patrem appellavit loqui voluit ut gener.* Ael. Andr. V 4,36. II 458 *euado h. e. . . ascendendo pervenio.* Eugr. eun. III 3,11 coll. Ael. Andr. I 1,100 et alibi. — IV 50 *fac sacrificia numinibus et eorum favorem concilia.* cf. schol. Dan.; aliter potuisse explicari S docet. iam cf. D 56 *ecce deorum favorem e. q. s.*; ibique S. D X 31 *secura haec dicebat: nihil enim factum est nisi ex eius voluntate* ibique S et schol. Dan. Eugr. haut. V 2,45 coll. Ael. eun. III 2,13. — I 211 *alii detrahebant coria.* cf. S. Eugr. haut. IV 4,6[104]. (Non. 414$_8$, Isid. diff. I 562).

saepissime D verbo q. e. vir emphasin attribuit[105], non dico totiens Aelium idem adnotasse, sed quin in hoc quoque praeiverit non dubito. cf. Ael. eun II 3,15; adelph. IV 2,25: nam etiam verba eadem sunt *'non ad sexum rettulit sed'.* — IV 211 *femina quasi abiecti sexus*; cf. S. laudat deinde v. Ter. hec. II 1,17: cf. ibi Ael. Eugr. haut. V 3,4 laudato versu hecyrae *aliud est mulierem dicere propter*[106] *naturam, aliud propter*[106] *vitium.*

D VI 805 de v. Ter. eun. III 1,2 *ille si diceret magnas, non promerebatur patronum: sed ait ingentes, ut aestimationem audientis assentatione superaret.* cf. Ael. et Eugr.; in Vi commentario haec non legit, cum adaptata sint omnia ad praeceptum quoddam rhetoricum, quod ineptissime additum est ad v. Vi. ergo, cum post Aelium fuerit, Terentium eum legisse Aelii usum commentario vel aliquo qui ab Aelio pendebat tantum non certum est. nam idem docet D I 260 *hoc esse servandum in talibus causis etiam Terentius docet qui dixit in Andria (II 2,2) 'sed — gaudio'. non enim convertere animum quispiam potest, nisi fuerit in timoris causa securior factus.* cf. Ael. et Eugr.

DE DONATI AUCTORE. fuit igitur Di auctor post Aelium adhibitusque est etiam a Se et ab eo qui pleniorem commentarium composuit. Firmianum Vi commentatorem si post Aelium fuisse constaret, ab hoc pendere Dum contenderem: D VII 543 *evolavit per auras.* cf. S et schol. Dan. atqui nihil de eo constat: ut qui de Lactantio[107] malit cogitare, refutari non possit. commentatoris istius vestigia etiam alibi deprehendere mihi videor.

πλεονασμόν et similia in vitiis numerata esse praeter artium scriptores docet Quintilianus inst. orat. VIII 3,53 sq.[108] saepissime notatur in scholiis Vergilianis. hoc etiam Aelium fecisse apparet e schol. Ter. Andr. I 5,3; II 2,32; V 1,18; eun. I 2,120; hec prol. I 7,

102. ibi qui extat apud Sum v. ge. IV 244 a. De laudatur VI 575. — 103. aliter S. — 104. ubi Aelii comm. non extat. — 105. Quinct. inst. or. VIII 3,86; schol. Ver. I 1, S VI 553, ge. II 174, III 252 ibique schol. Bern. — 106. per ed. — 107. quae est Leonis sententia.

Digitized by Google

II 30. multa ab aliis excogitata sunt, *'ne bis idem dixisse V videretur'*: S I 507, III 627, IX 317 (coll. S° I 208!), X 38; schol. Dan. IV 11, schol. Bern. ge. I 1 prius; cf. etiam schol. Dan. I 546, VIII 574, schol. Turon. X 295. horum in numero etiam D est: I 185, 563, II 455, XI 48; de X 566 vide supra pg. 5.

D IV 316 *inceptos hymenaeos intellegunt quasi recenti tempore contractos. quod contra est; nam si ita esset, coeptos diceret, non inceptos.* illud cur non acceperit e schol. Dan. *bis idem dixit* apparet. itaque etsi sic exposuerat *per inceptos hymenaeos] quod significat per nuptias nostras* addens *asserit Dido nuptias dici posse etiam quae duorum tantum conventione*[99] *nullo teste perficiuntur* — h. e. etsi illos hymenaeos rettulerat ad illum in spelunca coitum — tamen subiecit *incepta vero dispositiones sunt et definitiones animorum significant e. q. s.* hic ergo istos hymenaeos refert ad legitimas futuras secundum spem Didonis nuptias. attamen rursus 339 *licet imaginaria velut nuptiarum sollemnitas praecessisset e. q. s.* ergo illam 'aliorum' refutationem non de suo dedit D sed recepit ab auctore ita, ut more suo eam cum aliis confunderet. eadem de incipiendi verbo observatio passim repetitur a D°: I 37, VI 384, 470, VII 259, IX 694, XI 469. alibi παραφράζων eam sequitur IV 638, V 678, XII 566. cuius neque apud Sᵘᵐ nec in scholl. Dan. restat vestigium neque in scholiis Terentianis, quamquam ibi quoque de q.ⁿ dam h. v. proprietate multa verba fiunt: eun. V 5,25; 8,1; 9,5; ad. II 2,29, hec. prol. II 10; Phorm. I 4,48. iam vero in glossis Vergilianis (corp. gloss. Latt. IV 476_{16}) legitur *incepto destinato*[100]. per se nihil obstat, quominus e D° in glossaria quaedam fluxisse sumamus, quoniam spari istam definitionem invenimus in glossis Nonii. incepto V dixit I 37, II 654, VI 470. qualis est natura glossarum necesse est ipsum illud 'destinato' extitisse in ultimo ut ita dicam fonte: non invenis apud Dᵘᵐ. ergo istam glossam ad Dⁱ auctorem referendam dicemus. quae coniectura his videtur comprobari. D I 507 *iura dabat sic alii exponunt quasi imperabat.* in glossis istis 448_{40} *iura dabunt* (= I 293). — D II 242 *penetrare enim est penitus intrare* = gloss. 457_{52}; cf. schol. Dan. IX 10. nihil horum apud Sᵘᵐ. D II 735 *male amicum inimicum accipiunt* = gloss. 451_{28}; cf. schol. Dan. ge. I 105. — D VI 173 *aemulus adversarius.* S *alias inimicus.* gloss. 428_{19} *aemulus adversarius, inimicus.* — gloss. 442_{8} *ferae caprae capreolae.* S IV 152 *ferae caprae h.e. capreae.* D XII 414 *feris capris h. e. capreolis.* — gloss. 468_{25} *subridens breviter ridens.* cf. supra pg. 27 de v. I 254.

---

108. Aristoph. ran. 1154. Lessing de Langii Hor. carm. II 5 init. versione *weil Horaz dadurch ein schwätzer wird und einerlei zweimal sagt.* — **109.** similis est gloss. cod. Vatic. 3321 (92_{19}) *inceptum designatum.*

= 6_{35} Herculem lege; 5_{19} adde D IX 29. 8_{44} Non. 124_{33}, 18_{16} D X186, 27 D X 742; 20_{44} cum D° XII 513 cf. S X 747. =

Digitized by Google

CAROLUS HOPPE DE VITA SUA.

Natus sum Berolini a. 1868 pridie idus Augustas patre Adelbert quo laetor superstite, matre Hedwig e gente Mueller, quam ante hos septem annos morte ereptam lugeo. fidei addictus sum evangelicae.

gymnasium Berolinense Leucophaeum per octo annos et sex menses frequentavi. vere anni 1886 maturitatis testimonio accepto universitatis litterariae Berolinensis civis factus sum, ut studiis philologicis operam darem. auctumno eiusdem anni Gottingam me contuli, unde duobus annis post Berolinum redii.

per octies sex menses docuerunt me vv. dd. Dilthey, Kielhorn, Lange, W. Meyer, Sauppe, de Wilamowitz Gottingenses; Diels, Harnack, Hirschfeld, Koehler, Kirchhoff, Paulsen, de Treitschke, Zeller Berolinenses. ad exercitationes benigne me admiserunt Vahlen philogicas, W. Meyer palaeographicas, de Wilamowitz metricas, Dilthey et Robert archaeologicas, Koehler historicas.

regii philologorum proseminarii Gottingensis, seminarii et Gottingensis et Berolinensis sodalis fui ordinarius per singulos annos.

omnibus qui me docuerunt viris, in primis vero Guilelmo Meyer gratias ago candidissimas eorumque semper ob oculos habebo exemplar ad imitandum.

typis expressit officina Langenscheidtiana
Berolini.

Digitized by Google

3 2044 004 511 374

THE BORROWER WILL BE CHARGED AN OVERDUE FEE IF THIS BOOK IS NOT RETURNED TO THE LIBRARY ON OR BEFORE THE LAST DATE STAMPED BELOW. NON-RECEIPT OF OVERDUE NOTICES DOES NOT EXEMPT THE BORROWER FROM OVERDUE FEES.

CANCELLED
MAY - 7 1989
MAY - 1 1989
D027970

Digitized by Google

zed by Google